crucifigendū ⁊ tertia die reſurget Et idem. Luc. xviij. Sciendū aūt magis loquēdo moꝛaliter ꝙ primū tēplū ꝙ eſt humana ꝯſciētia. Excitatᷣ in tribꝰ diebꝫ. ſ. Jn mētali ꝯtritione. Jn vocali cōfeſſione. Et in virtuali ſatiſfactione. q̄ ſunt tres ꝑtes pn̄ie. De iſto aūt triduo habetᷣ per figurā Exo. v. vbi dicitᷣ ſic. Deus hebꝛeoꝝ vocauit nos. vt eamus viā triū dieꝝ in ſolitudine. ⁊ ſacrificemꝰ dn̄o deo nr̄o. Deus em̄ verus ⁊ ſi ſit deꝰ deoꝝ et om̄is creature: eſt tn̄ ſpecialiter deus hebꝛeoꝝ. i. veroꝝ penitentiū q̇ ſunt tranſeūtes a vicijs ad virtutes. ac ꝑ h̄ ⁊ hebꝛei. Jp̄e aūt vocat pctōꝛes vt eāt viā triū dieꝝ. ſ. Mentaliter ꝯterendo. Uocaliter ꝯfitendo. Et effectualiter ſatiſfaciendo. Jn ſolitudine. ſ. pn̄ie ⁊ ſic ſacrificent dn̄o. Peccatoꝛ em̄ ante q̄ꝫ peniteat nō pōt digne ſacrificare dn̄o. Propheta em̄ dicit in pſ̄. Sacrificate ſacrificium iuſticie.

Secūdū aūt templū qđ eſt diuina ſcriptura excitatᷣ etiā in tribꝫ diebꝫ. ſ. in expiatione mētis a falſis argutijs. Jn captiuatiōe intellectus ſub diuinis eloquijs. Et in refrenatiōe lingue a pꝛauis ſentētijs. De q̄ triduo habetᷣ Exo. xix. vbi dicitᷣ ſic. Jāqꝫ aduenerat dies tertius ⁊ mane inclaruerat. ⁊ ecce ceperūt audiri tonitrua. ac micare fulgura. ſequitᷣ. clāgoꝛqꝫ buccine vehemētiꝰ ꝑſtrepebat. Reuera cū poſt diē pꝛimū. q̄ fuit lex nature: et diem ſcđm q̄ fuit lex ſcripture. cepit clarere mane diei tertie. que fuit dies gr̄e. qđ quidem mane inclaruit in oꝛtu xp̄i tꝑali. Tūc ip̄o xp̄o reſerāte ſcripturarū abdita ceꝑūt audiri tonitrua. ſp̄. ex ſcriptura. Tonitrua dico diuinarū cōminationū ꝯtra pctōꝛes. Ac micare fulgura. ſ. catholicarū expoſitionū. Ac vehemētiꝰ ꝑſtrepere clāgoꝛ buccine. i. pꝛedicationis ſctē. ſ. aplo̅ꝝ ac alioꝝ doctoꝝ eccleſie. ꝑ quā mētes fideliū mundantᷣ a falſis argutijs. Et intellectus coꝝ captiuatᷣ ſub diuis eloquijs. ac ip̄oꝝ lingue refrenantᷣ a a pꝛauis ſentētijs. ¶ Tertiū etiā templū qđ eſt militans eccl̄ia etiā excitatᷣ in tribꝫ diebꝫ. ſ. Jn veritatis ꝓfeſſione. Jn vnitatis conſeruatione ſeu cuſtoditiōe. Jn ſctitatis executiōe. hoc eſt triduū de quo habetᷣ Marci. viij. Dicitᷣ em̄ ibi ꝙ illoꝝ q̇ triduo ſuſtinuerūt xp̄m fuit miſertꝰ xp̄s. qꝛ cū eſſent famelici ſatiauit eos. Jta dico ſpiritualiter ꝙ illi ſatiantᷣ. Pane veritatis catholice. Et pane gr̄e ⁊ eucharistie qui xp̄m ſuſtinēt iſto triduo. Ueritatē. ſ. ꝓfitēdo. Unitatē cuſtodiēdo. Et ſanctitatē exequendo. Quartū etiā templū. qđ eſt humanitas aſſumpta. excitatᷣ in tribꝫ diebꝫ q̇ ſunt diligētia in p̄parādo. Reuerētia in appꝛopīquādo. Et ſapiētia in mādu cādo. ſp̄. dn̄icū coꝛpus in ſacramēto. Jlle em̄ q̇ ad ſacramentū diligēter ſe p̄parat. Qui reuerēter appꝛopinquat. Et ſapiēter māducat. ſ. non ſolū ſacramētaliter: ſed etiā ſpūaliter; credēdo. ſ. firmiter q̄ de ſa

cramẽto ſunt credẽda. ille põt de
xp̃o dicere illd̕ Oſee.vj. Poſt du/
os dies viuificabit nos ⁊ die ter
tia ſuſcitabit nos. ad lr̃am in fine
mũdi. vñ dicit ſaluator Joh.vj.
Qui mãducat carnẽ meã ⁊c̃. hẽt
vitã eternã ⁊ ego reſuſcitabo eũ in
nouiſſimo die. Qd̕ merebit̃ fidel̕
mãducatio dñi q̃ fuit dicta ſtatĩ
ſupra terti⁹ dies. Nos igit̃ cariſ/
ſimi taliter habeam⁹ ad iſtud tẽ/
plũ q̃druplex de q̃ iã locuti ſum⁹
vt tandẽ ꝑueniam⁹ ad tẽplũ cele/
ſte. de q̃ in pſ̃. dicit̃ In tẽplo eius
oẽs dicẽt gloriã. Ad quã gloriã
nos ꝑducat ieſus xp̃s Amen.

Feria.IIII. hebdomade q̃rte.

# Vnũ opus

feci ⁊ omẽs miramini.
Joh.vij. F Tẽpus
iſtud ſacrũ tp̃s eſt increpãdi p̃ui/
tatẽ pctõꝝ. ⁊ ꝓcurãdi ſanitatẽ ipo
rũ aĩoꝝ. Tẽpus dico eſt increpã/
di p̃uitatẽ pctõꝝ. Debẽt em̃ in h̃
tꝑe p̃lati ⁊ alij p̃dicatores argue/
re ⁊ increpare peccatores: ꝓ eo ꝙ
auertẽtes ſe a deo: ꝯuertunt ſe ad
creaturas: q̇bꝫ tãq̃ ydolatre ſer/
uiũt. ⁊ honorẽ deo debitũ creatu/
ris tanq̃ q̇buſdã ydolis impen/
dũt. Dicit em̃ apl̕s ad Ephe.v. ꝙ
auaritia eſt ydoloꝝ ſeruit⁹. Debẽt
igit̃ increpari ⁊ argui exẽplo moy
ſi. q̇ ſic̃ dicit̃ in epl̕a q̃ legit̃ hodie
⁊ ſcribit̃ Exo.xxxij. ⁊ ĩcipit. Locut⁹
eſt dñs ad moyſen dicẽs. Uade
deſcẽde ⁊c̃. Increpauit dure aa/
ron. q᷑ ꝑmiſit ꝙ ꝑpl̕s faceret vitu
lũ ꝯflatilẽ quẽ adorauerũt. ⁊ cui
hoſtias ĩmolauerũt ⁊ honorẽ d̕o
debitũ impẽderũt dicẽtes de vi/
tulo. Hij ſunt dij tui iſrl̕ q̇ te edu
xerũt de terra egypti. Vñ dixit mo
yſes ad aaron. Quid tibi fecit hic
ꝑpl̕s vt ĩduceres ſuꝑ eũ pctm̃ ma
ximũ. Increpauit etiã totũ ꝑpl̕m
dicẽt. Peccaſtis pctm̃ maximũ.
Et nõ ſolũ increpauit eos ṽbo: ſꝫ
etiã tãq̃ p̃nceps eoꝝ facto: q᷑ de
mãdato ipſius ceciderũt gladio
leuitaꝝ q̃ſi.24.milia hoĩuꝫ q̃ oĩa
legũtur. Et ſi nõ in epl̕a hodierna
tñ in ca. illo vñ ſumpta eſt. Sic
etiã debẽt facere xp̃iani ꝑpl̕i recto/
res. Debẽt em̃ increpare pctõres
verbis acutiſſimis ⁊ interdũ occi
dere gladio mat̃iali q̃ꝫtũ ad p̃nci
pes. Et gladio ſpũali. ſ. ꝑ cenſurã
eccleſiaſticã q̃ꝫtũ ad p̃latos eccl̕ie
Tẽpus etiã eſt ꝓcurãdi ſanitatẽ
aĩaꝝ ab illo celeſti medico. q̇ ſolo
iuſſu. i. ſolo verbo ſanat hoĩeꝫ to/
tũ ab om̃i ſpũali morbo. Et iſta
ſanatio pctõris eſt illud op⁹ vnũ
qd̕ fac̃ xp̃s de q̃ oẽs hoĩes mirari
d̕bẽt. Unũ inq̇t op⁹ feci ⁊ oẽs mi
ramĩ qd̕ q̇dẽ ṽbũ ſũptũ ẽ d̕ euãge
lio hodierno qd̕ ſcribit̃ Joh.vij. ⁊
incipit Jam die feſto mediãte ⁊c̃.
Sciendũ aũt ꝙ iſtud verbũ dixit
xp̃s de ſanatiõe ꝑalitici quẽ ſolo
ṽbo ſanauit in ſabbato. ſic dicẽs
ei. Surge tolle grabatũ tuũ. de q̃
habet̃ ſ̃.v. De iſta autem ſanatio
ne fuerũt mirati ⁊ ĩdignati iudei
Mirati q̇dẽ. q᷑ ſic ſolo ṽbo ſubi
to ſanauerat. Et quia in ſabbato
dixerat ei. ꝙ tolleret ſuũ grabatũ.

qđ ⁊ fecit. Reuera iudei debuerũt
mirari de iſto oꝑe. ſꝫ nullo mõ de
buerũt ꝯ xp̃m indignari. q2 ⁊ ipſi
ſicut chriſtꝰ arguit: in ſabbato cir
cũcidebãt hoiem. ⁊ h̄ quidez lice/
bat eis. nec ꝓpter hoc ſoluebãt mo
ſaycaz legẽ. Et tamẽ illa circũciſio
erat remediũ partiale. nõ eñ ſana
bat niſi aïam. Multo magꝭ licu/
cuit xp̃o ſanare totũ hominez q̃ꝫ/
tum ad corpꝰ: ⁊ q̃ꝫtũ ad animã in
ſabbato. Uñ dicebat eis, Mihi ĩ
dignamini q2 totũ hoiem ſanũ fe
ci in ſabbato: ⁊ tñ vos circũciditꝭ
hoiem ĩ ſabbato. Totũ aũt illuz
hoiez ſanauit xp̃s q̃ꝫtũ ad corpꝰ a
ꝑalyſi ⁊ q̃ꝫtũ ad aïam a pctĩs. Qđ
ptꝫ ꝑ illđ qđ infra eodẽ. v. c. dixit ei
xp̃s. Ecce ſanꝰ factꝰ es ⁊c̃. Accipiẽ
do igiť v̄bũ iſtđ ſpũalit̃ dico ꝙ re
currẽdũ ẽ ad celeſtẽ medicũ q̇ ſolo
v̄bo ſanat ĩterdũ totuz hoiez q̃ꝫtũ
ad corpꝰ ⁊ q̃ꝫtũ ad aïaz. Int̃dũ ãt
ſanat totũ hoiez ĩteriorẽ ſolo v̄bo
⁊ q̃ꝫtũ ad eẽntiã aïe ⁊ q̃ꝫtũ ad oẽs
potẽtias eiuſdez. Et iſta ſanatio ẽ
opꝰ vnũ. i. ſũme ſinglare ad ſoluz
deũ ꝑtinens. đ q̊ oẽs fideles q̇ de
iſta curatõe hñt fidẽ debẽt q̃ꝫ plu/
rimũ admirari. Uñ loq̃ndo my/
ſtice iſtđ v̄bũ dic̃ xp̃s cũctꝭ fideli/
bus dicẽs. Unũ opꝰ feci. ſp̃. ſana/
tionẽ aïe peccatricꝭ. ⁊ oẽs mirami
nec mirꝝ. ¶ In q̊ q̇dẽ v̄bo cu
ratiõz aïe peccatricꝭ taq̃ꝫ opus ſin
gulare ſtupẽdũ ⁊ mirabile xp̃s ex
tollit ex tribꝫ. ſ. Ex agẽtꝭ ĩmẽſita/
te Ex oꝑis ſinglaritate Et ex fru
ctus copioſitate. Agẽtꝭ immẽſi/
tas arguit oꝑis ꝑfectionẽ Oꝑis
ſingularitas req̇rit laudis exhibi
tiõez Fructꝰ copioſitas inducit
mẽtꝭ admiratõz. Circa ꝑmũ vbi
xp̃s q̃ꝫtũ ad curatõz aïe peccatri/
cis tãgit agẽtꝭ ĩmẽſitatez q̄ arguit
oꝑis ꝑfectiõez: cũ dic̃ Feci. ſ. ego q̇
ſum verꝰ deꝰ cuiꝰ v̄tus ẽ infinita
ſine q̄ nõ p̃t fieri curatio aïe pecca
tricꝭ. ita paꝝ ſic̃ nec ſine ea potue/
rũt fieri celũ ⁊ terra. ꝓpt̃ qđ dic̃ ip̃e
Eſa. xlv. Ego dñs faciẽs oïa hec.
ſcꝫ q̄ req̇rũť ad curatõz aïe pecca/
tricꝭ. Quoꝝ vnũ ẽ infuſio gr̃e que
creãdo infundiť. Aliđ ẽ remiſſio
culpe. Et tertiũ ẽ pene et̃ne ĩ tꝑalez
cõmutatio Tãgit ſcđo circa hoc
oꝑis ſinglaritatẽ: q̄ exigit laudis
exhibitõz cũ addit. vnũ opꝰ. Uere
iſtđ opꝰ qđ ẽ curatio aïe peccatri/
cis: ẽ vnũ opꝰ ſinglare. ſ. ſtupẽduz
⁊ mirabile qđ excedit totã facult a
tẽ nature create: ſoli đo poſſibile.
De q̊ dic̃ vir iuſtus ĩ pſ̃. Unã ꝑe
tij a dño: hãc req̇rã. ſ. curationem
aïe mee ab oĩ morbo pctĩ. ⁊ h̄ vt
aïa mea curata ⁊ cl̃pa mea remiſ
ſa. ⁊ gr̃a dei ſibi infuſa: inhabitet ĩ
domo dñi. i. in eccl̃ia taꝫ numero
q̃ꝫ merito: omĩbꝫ diebꝫ vite mee.
Tertio tãgit in hoc v̄bo q̃ꝫtuz
ad curationẽ aïme peccatricꝭ fru/
ctus copioſitatẽ. que inducit men
tis admirationẽ cũ ſubdit. Et om
nes miramini. Uere fideles om/
nes q̇ de iſtis hñt verã fidẽ debẽt
đ iſto opere q̃ꝫ plurimum mirari.
Debent enim mirari dei iuſtici/
am qui iuſte peccatricem animaz
ſubrepit diabolo: qui ſeducen/
do ſubiugauit eam ſue ſeruituti.

Mirari etiã debẽt eiꝰ prudẽtiam
ita caute ſcit educere de peccatri
ce aĩa colubꝛũ toꝛtuoſuz.i.diabo/
lum. Debẽt etiã mirari eiꝰ potẽtiã
q̇ peccatoꝛẽ q̇ nihil eſt (pctm̃ eĩ ni
hil eſt.dicit Augꝰ.⁊ nihil fiũt ho/
mines cũ peccãt)aliq̇d facit in ge
nere moꝝ. Debẽt etiã mirari eius
clemẽtiaz.q̇ ĩimicũ ſuũ reduxit ad
gr̃am:ipſũqꜫ fecit dignũ vita eter
na. Jſta ſunt illa mirabilia q̃ fac̃
deus ĩ recõciliãdo ſibi peccatoꝛeſ
Jn quoꝝ ꝑſona dicebat ille puer
azarias:ſic̃ dꝛ Dañ.iij. Erue nos
in mirabilibꝫ tuis dñe ⁊ da gl'iaz
nomini tuo. Dicit ğ.vnũ opꝰ feci.

D Circa ꝓmũ ſciendũ ꝙ deꝰ
eſt agẽs ꝓncipale in ꝯuerſiõe pec
catoꝛis.qꝛ ipſe Differt executiõz
ſnĩe. Pulſat ad cõpunctionẽ pe
nitẽtie. Cõfert remiſſionẽ culpe.
Et iuuat ad ꝯſũmationẽ iuſticie.
Jp̃e em̃ deꝰ peccatoꝛẽ q̇ ſtatim cũ
peccauit dignꝰ eſſz pena eterna ex
pectat vt miſereat̃. Jpſe em̃ eſt pa
tiẽs ⁊ lõganimis.et differt etiã lõ/
go tꝑe demãdare ſnĩam executõi
ꝑ quã deberet pctõꝛ ſtatĩz demer/
gi in infernũ. Uñ em̃ ſic dicit Eſa.
xlvj. Ego feci ⁊ ego feraz ⁊ poꝛta/
bo ⁊ ſaluabo. Jp̃e em̃ q̇ fecit pctõ
rem nõ q̃ztũ ad culpã (abſit)ſz q̃z
tũ ad naturã capacẽ gratie et gl'ie
⁊ qñ eſt auerſus ab eo ꝑ culpam
ad eũ reuertibilẽ facit ꝑ penitẽtiã.
iſtũ dicit xp̃s quẽ ego talẽ feci ſi ſe
auertat a me.ego ferã.i.ſuſtinebo
ꝑ patiẽtiã expectãdo ꝯuerſionez ⁊
reuerſionẽ ſuã. Ego poꝛtabo.id ẽ
ſua peccata q̃ ꝓus ꝑtuli in coꝛpo
re meo ſuꝑ lignũ cruc̃ (ſicut dꝛ.j.
Pet̃.ij.) adhuc poꝛto ⁊ poꝛtabo
ſuꝑ merito paſſionis mee.⁊ ſic q̃z
tum eſt ex me:niſi ip̃e abutat̃ mea
patiẽtia: ſaluabo.qꝛ ego expecto
vt miſerear ⁊ ꝑducã ad ſalutem.

Dico etiã ꝙ xp̃s nõ ſolũ differt
executionẽ ſnĩe:veꝝ etiã pulſat ad
hoſtiũ pctõꝛis ad cõpunctionem
pnĩe qȯ ꝓcedit ex maria ipĩꝰ boni
tate. An ignoꝛas (dicit apl'us ad
Ro.ij.cuilibet pctõꝛi)qꝛ dei beni/
gnitas ad pnĩam te adduxit. q.d.
nõ debes ignoꝛare. Pꝛopt̃ qȯ di
cit ꝓpheta in pſ̃.loquẽs deo in ꝑ/
ſona penitẽtiſ. Bonitatẽ feciſti cũ
ſuo tuo dñe:ſm vbũ tuũ. Scdõz
dico verbũ illud qȯ tibi dicit idẽ
ꝓpheta alibi in pſ̃.et dixiſti cõuer
timini filij hoĩm. Pꝛopter iſtã eĩ
ꝯuerſionẽ tu Jeſu xp̃e: ⁊ expectas
pctõꝛez ad pnĩam ⁊ inſpiras ſibi
eandẽ. Adhuc dico tertio ꝙ xp̃s
ꝯfert penitẽti culpe remiſſionẽ. et
penã eternã cõmutat in tẽpoꝛalez
Et tũc facit pacẽ cũ pctõꝛe: ip̃mqꜫ
ſibi recõciliat q̃ztuncũqꜫ fuerit ab
eo elongatꝰ. Et iſtud recognoſcit
ꝓpheta in ꝑſona pctõꝛis loquens
de deo Eſa.xxvij. Facies pacẽ mi
hi:pacẽ facies mihi. Semel dicit:
facies pacẽ mihi ꝓpt̃ remiſſionez
culpe. Et iteꝝ dic̃:pacẽ facies mi/
hi ꝓpt̃ cõmutationẽ pene. Et iſtaz
pacẽ facit deꝰ qñ remittit culpam
pctõꝛibꝫ q̃ztũcũqꜫ fuerint ab eo lõ
ge ꝓpter multitudinẽ ⁊ magnitu/
dinẽ pctõꝝ. Uñ dic̃ apl's ad Eph.
ij.loquẽs de xp̃o maximis pctõꝛi
bꝰ ⁊ etiã nimis magnis. Ueniẽs

inq̄t xp̄s euāgelizauit vob pacē q̄
lōge fuiſtis: ⁊ pacē his qui prope
Adhuc dico q̄rto ꝙ qꝛ penitēti
paꝝ ꝓdeſt ꝯuerſio niſi ſequat̃ bo
noꝝ opeꝝ ꝓſecutio. ⁊ vſqꝫ ad finē
vite ꝯtinuatio. q̄ non pn̄t eſſe ſine
diuio adiutorio Idcirco ip̄e q̄ꝫtū
eſt de ſe iuuat penitētē ad ꝯſūma/
tionē iuſticie. Unđ dicit ip̄e Eccĩ.
xxiiij. Ego feci vt oriet̃ lumē inde/
ficiēs in cel'. Iſti celi ꝑ figurā ſunt
veri penitētes. qꝛ iā facti ſūt ſedes
dei. In iſtis aūt celis xp̄s q̄ꝫtū eſt
de ſe facit oriri lumē grē. ſp̄. ⁊ iuſti
cie ⁊ indeficiēs. nūqꝫ em̄ iſtud lu/
men in penitētib' deficiet: niſi ip̄i
obſtaculū ponāt. Chriſt' eni ſm
ꝙ dic̄ apl's ad Phil'. j. qui cepit ī
penitentib' op' bonū ꝑficiet: niſi
ipſi ſpōte impediāt. vſqꝫ ī diē ieſu
xp̄i. i. vſqꝫ ad diē mortis ſue vl' vſ
qꝫ ad diē iudicij. q̄n erit dies Ieſu
xp̄i. Sciendū aūt ꝙ iſta duo vlti
ma ꝑ q̄ tot' hō interior ſaluat̃ ab
infirmitate culpe ⁊ roborat̃ in ex/
ecutiōe iuſticie nō facit xp̄s niſi in
ſabbato. hoc eſt niſi pctōr ꝓponat
ſabbatizare. i. a pctō q̇eſcere. Pro
pter qđ xp̄s dicit ꝑ figurā Ioh. v.
Totū hoīem ſanū feci in ſabbato
D quō multi ſūt pctōres q̇ viuūt
quaſi deſperati de venia ⁊ diuina
miſericordia. ⁊ iō ꝯuerti nolūt. cū
tñ dicat̃ eis Thob. vlti. Cōuerti/
mini itaqꝫ pctōres ⁊ facite iuſticiā
corā deo: credētes ꝙ faciat vobi/
ſcū miſcđiam ſuā. al's niſi credere
tis h': ꝯuerſio vr̄a nulla eſt. I
Circa ſcđm vbi tāgit xp̄s euidenē
q̄ꝫtū ad ꝯuerſionē pctōris operis
ſingularitatē q̄ reqrit laudis exhi
bitionē. cū addit. Unū op'. Sci
endū ꝙ v̄a ꝯuerſio pctōris ē op'
ſingulare ſtupēdū ⁊ mirabile. ꝓpt̃
q̄ttuor. ſ. qꝛ eſt Adnihilati recrea
tio Mortui reſuſcitatio. Excec/
cati illumīatio. Et elōgati a deo
ad ip̄m approximatio. q̄ q̄ttuor ſc̄
opa ſinglaria ⁊ mirabilia ⁊ totaꝫ
facultatē nature create excedentia
Dico ꝙ ē adnihilati recreatio Nō
em̄ cū peccat ſm Aug. nihil fit. ſp̄
in genere moꝝ. imo min' qꝫ nihil
qꝛ fit ſeru' nihili. i. pcti. Sꝫ q̄n ad
deū ꝯuertit̃ tūc iteꝝ creat̃. i. de ni/
hilo aliq̄d fit ī genere moꝝ. Unđ
dicebat ꝓpħa ī pſ̄. loq̄ns đo. Cor
mūdū crea ī me de'. et alibi. Emit
te ſpm̄ tuū ⁊ creabunt̃. ſp̄. ī me bo
ni mores ⁊ meritorie opationes.
De iſto ope qđ ē pctōris recreatio
cū penitet q̇ añ erat nihil: loquit̃
xp̄s Io. v. dicēs. Pr̄ me' vſqꝫ mō
opat̃: ⁊ ego operor. Veꝝ ē ꝙ de'
in die ſeptima q̇euit. i. ceſſauit ab
oī ope. (ſic̄ đr Geñ. j.) id eſt q̇euit
a ꝯdēdis nouis reꝝ generibus ⁊
ſpēb'. Extūc em̄ nullū nouū gen'
nullāqꝫ nouā ſpēm reꝝ ꝯdidit. ſꝫ
nō ceſſauit ab admīſtratōe et gu/
bernatiōe vniuerſi. nec a remiſſio
ne pctōꝝ ⁊ infuſiōe grāꝝ ꝑ q̄ ho/
mīes prius adnihilati iteꝝ creāt̃
⁊ aliq̄d fiūt: vt dictū eſt. De tli ope
loquit̃ xp̄s ī v̄bo ꝓpoſito cū dicit.
Pr̄ me' vſqꝫ mō opat̃ ⁊ ego ope
ror. ⁊ ſp̄. vſqꝫ ad finē mđi opabor
Penitētes eī ſūt opa digitoꝝ xp̄i.
id eſt donoꝝ ſpūſſci. ſic̄ dic̄ ꝓpħa ī
pſ̄. loq̄ns ꝑ figurā Videbo celoſ

tuos.i.veros penitētes opa digi/
toꝝ tuoꝝ. Adhuc dico ꝙ iſta cō
uerſio ē mortui reſuſcitatio. Nul/
li fideli dubiū eſt q̇n gr̄a xp̄i ſit vi
ta aīe. Iſtā aūt gr̄az ꝑdit cū mor/
taliter peccat.ġ remanet mortu⁹ ꝛ
vita ſpūali ꝓuat⁹.ſ; q̄n ad xp̄m cō
uertiꝶ tūc exurgit a mortuiſ ſic̄ dic̄
apl's Et q̇ mortu⁹ fuerat reſuſci/
taꝶ. De h̊ oꝑe loq̇ꝶ ſaluator Ioh.
v. Quecūq; inq̇t pr̄ fecerit hec ꝛ fi
lus ſil'r facit ꝛc̄. Seq̇tur. ſic̄ pr̄ ſu
ſcitat mortuos ꝛ viuificat. ſic ꝛ fi
lius q̊s vult viuificat. De h̊ etiam
oꝑe loquiꝶ idē ſaluator Ioh.iiij.
Meus inq̇t cibꝯ eſt vt faciā volū
tatē ei⁹ q̇ miſit me.vt ꝑficiā opus
ei⁹.qđ ē pctōris recōciliatio q̄ eſt
quedā mortui reſuſcitatio.illi em̄
mortui.ſp̄.in pctīs q̇ audiēt vocē
filij dei.i.iſpirationē cū effectu vi/
uēt.ſp̄.vita gr̄e. ℞ Adhuc dico
tertio ꝙ iſta ꝯuerſio ē excecati illu
minatio.nulli pōt eſſe dubiū q̇n
pctōr fit cecus ſpūaliter. Soph.
j.diciꝶ de pctōribꝯ Ambulabūt vt
ceci:qꝛ dn̄o peccauerūt.ſ; q̄n cō/
uertunꝶ ad deū illuminā̄ꝶ lumīe
ſc; fidei ꝑ dilectionē opātis.vn̄ di
cit apl's Eph.v. Surge q̇ dormiſ
ꝛ exurge a mortuis. ꝛ illumiābit
tibi xp̄s. Et in ps̄ dicit ꝓpħa Acce
dite ad eū ꝛ illumiamini. De iſto
opere loquitur ſaluator Ioh.vj.
dicēs. Hoc inq̇t eſt opus dei vt
credatꝭ i eū quē ille miſit.qđ nihil
aliđ ē q̄; i xp̄m tēdere ꝑ fidē carita
te formatā ꝛ opātē.ꝑ dilectiōe; qđ
eſt vera illumiatio mētis. ꝛ h̊ eſt
op⁹ dei pr̄is ꝛ opus etiā ieſu xp̄i.
Adhuc q̄rto iſta ꝯuerſio eſt elō
gati a deo ad ip̄m approximatio.
Propħa em̄ dicit in ps̄.ꝙ lōge a
pctōribꝯ ſalus.ac ꝑ h̊ lōge a pctō/
ribꝯ de⁹ Et ita lōge ꝙ iſta diſtātia
n̄ pōt ꝑtrāſiri ꝟtute nature.ſic em̄
elongat⁹ eſt pctōr a deo ꝙ nullo
mō ad ip̄m pōt appropinq̄re vir/
tute ꝓpria:appropinq̄tione deo ac
cepta. S; q̄n pctōr ꝯuertiꝶ ſubi/
to ꝛ in iſtāti iſta diſtātia ꝑtrāſiꝶ ꝛ
fit quedā vnio ꝛ pax nobiliſſima
inter deū ꝛ illū q̇ fuerat ſuus gra
uiſſimu⁹ hoſtis:quā pacē ſperāt
ſe hr̄e a deo penitētes.vn̄ dicūt illi
q̇ penitēt illud Eſa.xxvj. Dn̄e da/
bis pacē nobis. Seq̇tur. oīa em̄
oꝑa nr̄a opatus es nobis. Ipſe
em̄ eſt ille de q̊ in ps̄. Deus rex nr̄
ante ſecula:opat⁹ eſt ſalutē in me
dio terre.i.hoīs terreni. Et bn̄ in
medio. qꝛ xp̄s dn̄s reconciliauit
deo pr̄i hoīem ei aduerſariū tāq̄;
mediator. Iſta oīa facit xp̄s circa
ꝯuerſionē pctōꝝ.vn̄ bn̄ dixit ille
de xp̄o Luc̄.xxiiij.ꝙ erat potēs in
oꝑe ꝛ ꝶmone.iſta oīa deberēt cogi
tare hoīes ꝛ ꝓ eis gr̄aſ agere ſicut
ꝓ maxima mīa.ꝛ dicere cū ps̄.de
deo.ꝙ miꝶatiōes ei⁹ ſuꝑ oīa oꝑa
ei⁹.ſ; ml'ti ſūt q̇ nullū de iſtꝭ oꝑibꝯ
dei aſpiciūt.h̊ eſt ꝯſiderant.ſic̄ dꝛ
Eſa.xxviij. Peregrinū vl' alienū ē
op⁹ ei⁹.i.dei ab eo.i.ab īpenitēte.
ſed ſcti viri vnūq̇dq; iſtoꝝ operū
dei diligēꝶ ꝯſiderāt.ꝛ ſic ſe hn̄t cir
ca iſta ꝙ icutiūt timorē iimicꝭ ſu/
is.i.demōibꝯ.ſciētibꝯ ꝙ op⁹ ē dei.
ſic̄ dꝛ ꝑ figurā Neemie.vj. ℒ
Circa tertiū vbi xp̄s tāgit fruct⁹
iſti⁹ oꝑis copioſitatē q̄ iducit mē
tis admiratiō; cū dic̄. Et oēs mi/

ramī. Uere mirāda ſūt iſta opa q̄
ſiūt circa pniaꝫ pctōꝝ q̄ ſolꝰ deuſ
fac̄. De q̊ dꝛ Eccl.xj. ꝙ mirabilia
ſūt opa altiſſimi ſoliꝰ Et ſciēdū
ꝙ in ꝯuerſiōe pctōꝛis debemꝰ mi
rari q̄ttuoꝛ.ſ. Uirtualē potētiā ī
educēdo.ſ.pctōꝛē a carcere diabo-
li:vbi ſedebat in tenebꝛis ꝛ nō vi
debat lucē celi. De q̊dā em̄ demo
niaco dꝛ Mar.v.q̇ ſignificat pec-
catorē ꝙ qn̄ fuit liberatꝰ ꝑ xp̄m p̄
dicabat xp̄i veritatē. de q̊ mirabā
tur oēs. Sic debemꝰ nos mirari
d̄ oīpotētia xp̄i quā oñdit ī expul
ſiōe demōis a coꝛde pctōꝝ. Dr̄ eī
Mar.vij.ꝙ qn̄ ſanauit ſurduꝫ ꝛ
mutū mirabāẗ oēs dicētes: Bene
oīa fec̄. ꝛ ſurdos fec̄ audire ꝛ mu
tos loq̇. ꝛ poſſumꝰ etiā addere: et
cecos videre. Sic etiā debemꝰ mi
rari d̄ his que fiūt ꝑ xp̄i potētiaꝫ
in ꝯuerſiōe pctōꝛis. Bn̄ ḡ dixit il-
le Eccl.iij.ꝛ.xj.ꝙ magna ꝛ mirabi
lis ē potētia dei. Debemꝰ etiam
mirari liberalē clemētiā ī deducē-
do ꝛ reducēdo. Certe mirabilis ē
xp̄i pietas q̇ illū q̇ fuit eiꝰ inimicꝰ
vult ꝑ viā rectā deducere. ꝛ ſic eū
ad ſeip̄m reducere. Un̄ dic̄ ꝓpha
ī ps̄.ī ꝑſona dī pr̄is. Deducꝫ te mi
rabiliẗ dextera tua.i.xp̄i vtꝰ ꝛ cle-
mētia q̇ ē dextra nr̄a vtuoſa. de q̄
dꝛ Job.xiiij. d̄o pr̄i. Opi manuuꝫ
t.ꝑ poꝛriges dextrā.i.xp̄i vtutē ꝛ cle
mētiā. Et d̄ iſta mirabāẗ diſcipuli
qn̄ xp̄s volēs d̄ducere ꝛ ad ſe r̄du
cere illā ſamaritanā loq̄baẗ cū ipa
vn̄ dꝛ Jo.iiij.ꝙ mirabāẗ diſciplī
qꝛ cū mlīere loq̄baẗ. mirabāẗ cle-
mētiā dic̄ glo. Debemꝰ ēt mirari
reglarē iuſticiā ī coꝛripiēdo. vn̄ dꝛ
Matt.xxij.ꝙ xp̄s cognita neq̇tia
phariſeoꝝ q̇ tēptabāt eū d̄ ſoluen
do cēſo ceſari: dixit eiſ. Reddite q̄
ſūt ce.ce. ꝛ q̄ ſūt dī deo. Un̄ ꝛ iuſte
coꝛripuit eos d̄ ſua neq̇tia. di. q̇d
me tētatꝭ hypocrite. Et iuſtā ſniaꝫ
dedit dn̄s. Reddite inq̇t q̄ ſ.ce.ce.
Seq̄ẗ. ꝛ audiētes mirati ſūt. De
bemꝰ ēt mirari doctrinalē ſapiaꝫ
ī erudiēdo. Dr̄ eī Mat.vij.ꝙ vni
uerſa turba mirabaẗ d̄ doctrīa eꝰ
Nec miꝝ ſi mirabāẗ xp̄i ſapiaꝫ.qꝛ
ꝓpha dic̄ ei ī ps̄. ꝛ Mirabilꝭ fctā eſt
ſcīa t.ex me ꝛc̄. Miremur ḡ ꝛ nos
oīa p̄dicta vt tādē veniamꝰ ad ce-
li palatiū ī q̊ dicemꝰ xp̄o illō heſter
xv. Ualō mirabilꝭ es dn̄e ꝛ facies
tua plēa ē gr̄aꝝ. Ad qd̄ palatium
nos ꝑ.ꝛc̄. Amē Feria q̄rta Ser.

Si quis dei cultoꝛ ē ꝛ volūtatē eiꝰ fac: hūc deꝰ exaudit. Johā.ix.

M Sepe dictū ē ī ſupioꝛibꝫ ſ̄
monibꝫ ꝙ oꝛō ē p̄ma ꝛ p̄ncipalꝭ ſo
ciaieiunij coꝛꝑalꝭ. tūc āt oꝛō vana ē
ꝛ ſine fructu qn̄ a d̄o nō exaudiẗ.
oꝛō āt hoīs n̄ ē dig̃ exauditōe niſi
hō ſit a pctō mūdꝰ q̄ꝫtū ad affectū
.i.volūtatē ī q̄ pctm̄ formaliẗ ꝯſi-
ſtit niſi ēt ſit illūiatꝰ q̄ꝫtū ad ītelle-
ctū niſi ēt ſit roboratꝰ q̄ꝫtū ad vbū
ꝛ effcm̄. ac ꝑ h̄ niſi ſit dignificatuſ
an̄ dīnū ꝯſpectū. ad q̄ ſignificāda
legit hodie eccīa ī miſſa tres lcōes
duas q̇dē ꝓphias ꝛ euāgeliū. In
duabꝫ eī ꝓphijs agitur de aq̄ di-
uine gratie ꝛ mūdatōe que fit per
eam ꝑ quā hoīes a pctō mūdanẗ

# Feria quarta poſt Letare

Dicit em̄ deꝰ in ꝑma lectiōe q̄ ſcri-
bit̄ Ezech. xxxvj. ⁊ incipit. hec dicit
dn̄s Sanctificabo nomē meū ⁊c̄
Effundā dic̄ ſuꝑ vos aquā mun
dā. i. gr̄am meā. ⁊ mūdabimi ab
oīb⁹ inq̇namēt̄ v̄ris. i. pctīs. In
ſcd̄a aūt dic̄ deꝰ pctōrib⁹ referente
Eſa. Eſa. j. hec dic̄ dn̄s: Lauami
mundi eſtote. Hoc ḡ eſt ꝑmū qđ
req̇rit̄ ad h̄ ꝙ orō hoīs exaudiat̄
a deo. videlicet ꝙ ſit a pctō mūda
tus q̄ʒtū ad affectū. Que q̇dē mū
datio ſeu lauatio n̄ fit niſi ꝑ aquā
gr̄e q̄ penitētib⁹ infundit̄. de q̄ eti
am videt̄ ad lr̄aʒ loq̇ ambo ꝓbe.
In euāgelio v̄o qđ ſcribit̄ Jo. ix.
⁊ incipit Preteriēs ieſus. agit̄ ad
lr̄am de aq̄ ſyloe. qđ iterp̄tat̄ miſ-
ſus q̄ ſignificat diuinā gr̄am q̄ a
deo mittit̄ penitēti. De iſta aq̄ dr̄ ī
iſto euāgelio ꝙ ille cecꝰ a natiuita
te de mādato dn̄i lauit cuʒ illa aq̄
oculos ſuos ⁊ ſtatī vidit. Sic eſt
de aq̄ diuīe gr̄e: ſtatim cū ꝑ ipam
mūdat̄ hō a pctō ſic interiꝰ illumi
nat̄ in mēte ꝙ clare videt ad ſalu-
tē neceſſaria. ⁊ h̄ eſt ſcd̄m qđ req̇-
rit̄ ad exauditionē orōis. Dr̄ etiā ī
iſto euāgelio ꝙ iſte cecꝰ ſtatim cū
fuit illuminatꝰ ⁊ oculi fuerūt illu
minati ei ⁊ apti poſt lotionē factā
in aq̄ ſyloe: ſtatī fuit roboratꝰ ⁊ q̄ʒ
tū ad v̄bū ⁊ q̄ʒtū ad effectū. Quā-
tū ad v̄bū q̇dē. q̄ʒ ſtatī ſine timore
ꝑdicauit xp̄i v̄tutē ⁊ potētiā ⁊ mi
racl'm qđ fecerat ī ip̄o dicēs. Ille
hō q̄ dr̄ ieſus ⁊c̄. Et illđ etiā. A ſe-
culo nō ē auditū ⁊c̄. Fuit etiā ro-
boratꝰ q̄ʒtū ad effectū. q̄ʒ vt dr̄ ī fi
ne euāgelij ꝙ qn̄ dixit ei chriſtus
Credis ī filiū dei ⁊c̄. Seq̇t̄ v̄buʒ
xp̄i. Qui loquit̄ tecū ip̄e eſt. ſp̄. dei
filiꝰ. Et ſtatī rn̄dit ille q̄ fuerat ce-
cus. Credo dn̄e. ſp̄. in filiū dei. q̄ʒ
tu es. ⁊ ꝓcidēs adorauit eum. ſp̄.
adoratōe latrie debita ſoli deo. ſic
eſt ad lr̄am ꝙ qn̄ hō eſt ꝑ diuinā
gr̄am a pctō mūdatꝰ ⁊ interiꝰ illu
minatꝰ: ſtatim roborat̄. ⁊ q̄ʒtū ad
v̄bū libere ⁊ apte ꝯfeſſiōiſ. ⁊ q̄ʒtū ē
ad effectū fidel' adoratōiſ. Ad iſta
tria ſequitur ꝙ orō veri peniten-
tis ⁊ iuſti ē exauditōe digna. quia
talis ē cultor dei ſūmi ⁊ factor iuſ
ſus diuini. ac ꝑ h̄ eſt a deo dignꝰ
exaudiri. De q̄ q̇dē exauditōe lo-
quit̄ ꝓpoſitū v̄bū. qđ fuit v̄bū illi
us q̄ndā ceci: ſʒ tūc illumīati. Si
q̇s inq̇t dei cultor eſt ⁊ volūtateʒ
eiꝰ fac̄: hūc exaudit deꝰ. ¶ In
quo q̇dē v̄bo euidēter dicūt̄ tria
de v̄o penitēte. videlicet ꝙ ip̄e ac-
cipit ſtatū ſūme nobilitat̄ Per-
ficit actū ſūme arduitat̄. Et colli
git fructū ſūme vtilitat̄. Primo
dico ꝙ verꝰ penitēs accipit ſtatuʒ
ſūme nobilitat̄. q̄ʒ eſt factꝰ cultor
dei veri. ⁊ h̄ innuit̄ cū ꝑmittit̄. Si
q̇s cultor dei ē. ſic eſt verꝰ penitēs
q̄ ꝑ h̄ eſt ī ſtatu ſūme nobilitatis.
quē hʒ verꝰ xp̄ianꝰ. cuiꝰ ē fideliter
colere deū. qđ ē ſtatꝰ nobiliſſimuſ
q̄ʒ deo ſuire regnare ē. De ver̄ ei
penitētib⁹ dr̄ Eſa. xix. Clamabūt
ad dn̄m. ſp̄. pctōres ꝓponētes pe-
nitere. a facie tribulātis. i. diaboli
⁊ ip̄e mittet eis ſaluatorē q̄ liberet
eos. Mittet q̇dē xp̄m ꝑ inuiſibilē
gr̄e effectū. Et ſeq̇t̄ infra. Et colēt
eū in hoſtijs ⁊ munerib⁹. ſp̄. cū fu

erint a pctõ ꝑ pnialẽ grãz liberati.
Scđo dico ꝙ verꝰ penitẽs ꝑfi-
cit actũ ſũme arduitatꝭ. qꝛ iã factꝰ
eſt obſeruatoꝛ iuſſus diuini. qđ
oñdit ille cũ addit: Et volũtatem
eiꝰ fac̃. Uere facere voluntatẽ dei
ſcđm itentionẽ ipiꝰ ẽ actꝰ ſũme ardu
us. qꝛ nullꝰ hõ ꝟtute ſua ꝓpria p̃t
ſic ꝑficere diuinã volũtatẽ. Q̃ ãt
facere dei volũtatẽ ſcđm ĩtẽtiõz eiuſ
ſit actꝰ ſũme arduꝰ: ⁊ ſup̃ totã na
ture create facultatẽ: oñdit ſalua-
toꝛ cũ dic̃ Mat. xij. Quicũqꝫ fece
rit volũtatẽ pr̃is mei q̇ in celis eſt
ip̃e meꝰ frat̃ ⁊ ſoroꝛ ⁊ mr̃ eſt. Sed
hõ nõ eſt mr̃ xp̃i nec eẽ põt: ip̃z cõ-
cipiẽdo interiꝰ ĩ coꝛde: ip̃mqꝫ pa-
riẽdo exteriꝰ in bono ⁊ meritoꝛio
opꝫ. nec põt eẽ frat̃ ſꝫ nec ſoroꝛ xp̃i
ſic ꝙ ſit dignꝰ ꝑcipe cũ xp̃o heredi
tatẽ gl̃ie ꝟtute ꝓpria. ſꝫ req̇rit̃ ne-
ceſſario ꝟtꝰ diuĩe gr̃e. Tertio di
co ꝙ verꝰ penitẽs colligit fructuz
ſũme vtilitatꝭ. qꝛ meret̃ a deo ex-
audiri. qđ euidẽter oñdit ille cuz
ſubdit. hũc deꝰ exaudit. Certe di-
uina exauditio q̃ exaudit̃ oꝛõ ho-
minis ẽ fructꝰ ſũme vtilitatꝭ. Pro
pter qđ eccl̃ia freq̃ntiſſime dic̃ đo
Exaudi dñe p̃ces nr̃as. et exaudi
vocẽ meã. ⁊ talia multa. Qđ reco
gnoſcẽs q̇libet vir iuſtꝰ dic̃ in pſ̃.
Ad dñm cuz tribularer clamaui.
ſp̃. ꝓpt̃ pctã q̃ cõmiſi. vl̃ ꝓpt̃ aduer
ſitates q̃s ſuſtinui. Clamaui oꝛã
do. ſ. ⁊ dep̃cãdo. Et exaudiuit me
qđ ſp̃. fuit mihi ſũme fructuoſuz.
Dic̃ g̃. Si q̇s đi cultoꝛ ẽ ⁊c̃. Q
Circa p̃mũ ſciẽdũ ꝙ đi cultoꝛes
ſunt Electi et̃na p̃deſtinatione.

Erecti ĩterna ſctĩficatõe. Erepti
ab inflicta tribulatõe Et erũt ſu
ſcepti ĩ et̃na retributõe. Dico p̃-
mo ꝙ dei cultoꝛes ſũt electi et̃na
p̃deſtinatõe. Uñ ſic̃ deꝰ dic̃ culto
ribꝫ ſuis. ij. Paral̃. xxix. Filij mei.
dixit ille ĩ ꝑſona đi. vos elegit dñſ
vt ſtetꝭ coꝛã eo ⁊ miñſtretꝭ ei ⁊ cole-
tis eũ ⁊ cremetꝭ incẽſuz. Uere deꝰ
ab et̃no elegit hoĩes aliq̇s vt ſtẽt
coꝛã eo: nõ cadẽtes ꝑ aliqđ pctm̃.
⁊ miñſtrẽt ei. i. ſuiãt ei et ꝑficiẽt iuſ-
ſa ſua. ⁊ colẽt eũ. ſ. cultu latrie q̇ ex
ercet̃ ſcđm Aug. fide ſpe et charitate
et cremẽt ĩcẽſuz. i. offerãt ei aĩas ſu
as igne charitatꝭ incẽſas. vl̃ offe-
rãt ei oꝛõẽs ſuas coꝛã eo ſic̃ ĩcẽſũ.
Uere iſti ſi poſſent hr̃e ſciãz đ ſua
p̃deſtinatõe. vl̃ etiã qꝛ hñt đ h̃ ꝓ-
babilẽ ꝯiecturã ꝙ deꝰ ab et̃no ele
gerit ip̃os: pñt dicere illđ ad Ephẽ
j. Elegit nos deꝰ añ mũ. ꝯſti. vt eſ-
ſemꝰ ſcti et ĩmacl̃ati. vt ſic. ſ. digne
coleremꝰ eũ Scđo dico ꝙ deꝰ ele
git ip̃os ĩterna ſctĩficatõe. Qđ op
tat ille q̇ dic̃. ij. Mach. j. Det vobꝫ
coꝛ oĩbꝫ vt colatꝭ eũ et faciatꝭ eiꝰ vo
luntatẽ. Et bene dixit. det vobꝫ coꝛ
qꝛ niſi deꝰ det ꝑ grãz ſuã: nemo p̃t
digne colere deũ. Et bñ dic̃. ⁊ faci
atꝭ eiꝰ volũtatẽ. qꝛ nẽo p̃t deũ co-
lere eo mõ q̃ debeat coli niſi faciat
ip̃iꝰ volũtatẽ Tertio dico ꝙ deꝰ
ip̃os eripit ab ĩflicta tribulatõne.
vñ dixit ille rex Danieli ſic̃ habet̃
Dañ. vj. Deꝰ tuꝰ cui ſuis ſꝑ libera
uit te. Et ſignãt̃ dic̃ cui ſuis ſꝑ. qꝛ
hõ đꝫ ꝑſeuerare vſqꝫ ad finẽ vite ĩ
ꝟo cultu dei. iuxta illđ qđ dic̃ ille
Lu. j. Seruiamꝰ deo ĩ ſan. ⁊ iuſti.

corā ip̄o oī. dī. nr̄iſ. Tal' ei liberat̄
a d̄o ab oī tribulatōe vt videlicȝ ꝑ
ip̄aȝ nō frāgat̄ ꝑ īpatiētiā. ⁊ ꝓ ip̄a
coronet̄ ꝓpter finalē ꝑſeuerātiam
Quarto dico ꝙ de⁹ ſuos culto
res ſuſcipit ī et̄na retributōe. Vñ
dixit illa ſctā mľier ſara filia ragu
elis loq̄ns d̄o Thob. iij. Hoc h̄ȝ
ꝓ certo oīs hō q̇ colit te. ꝙ ſi vita
ei⁹ ī ꝓbatōe fuerit: coronabit̄. Si
aūt ī tribulatōe fuerit: liberabitur
Si aūt ī corruptiōe fuerit: ad mi
ſericordiā tuā licebit ꝑuenire Et ſi
gnāter dic̄: ſi ī ꝓbatōe fuerit. ſp̄. il-
la de q̄ d̄r Jac. j. Cū ꝓbat⁹ fuerit
accipiet coronā vite. Et ſignāt̄ eti
am dic̄ liberabit̄ a tribulatiōe. ſp̄.
vt nō frāgat̄ ꝑ īpatiētiā: vt dictū ē
⁊ ſignāt̄ ēt dic̄: et ſi ī corruptōe fue
rit. q̄ ſepe ꝯtingit ꝙ illi q̇ lōgo tē-
pore coluert̄ deū: corrūpunt̄ ꝑ ali
qd̄ pctm̄. ſȝ tñ ip̄i cū penitēt ad d̄i
miſcd̄iam ꝑducūt̄. Proch dolor
mľti ſūt q̇ nullo mō colūt deū: ſȝ
colūt creat̄as ſic̄ deū ſic̄ dic̄ apľs
de mľtꝭ Ro. j. Coluerūt ⁊ ſuierūt
creature poti⁹ q̄ȝ creatori. Propt̄
creaturas eī deſerūt creatorē: ⁊ ho
norē ſoli d̄o debitū creaturꝭ īpen
dūt. Mľti etiā ſūt q̇ deū colūt ſi-
ne cā. i. ſine fructu. q̇ labijſ laudāt
⁊ honorāt deū: ſȝ cor ip̄oꝝ lōge ē
a deo. q̄ nō ſuāt mādata ei⁹. ſed
ip̄a violāt ꝓpt̄ hoīm doctrīas ⁊ tra
ditōes. i. ꝑſuaſiōes iniq̄s q̄s etiā
ip̄i ſequūt̄. Vñ dic̄ ſaluator de q̇-
buſdā Mat. xv. Popul⁹ h̄ labijſ
me honorat: cor āt eo. lō. ē a me. ſi-
ne cā aūt colūt me: docētes doctri
nas ⁊ mādata hoīm iuxta q̄ etiaȝ

oꝑant̄ ip̄i. ¶ Circa ſcd̄m ſci
endū ꝙ volūtas dei reſpectu ho-
minū eſt: de pctīs pnīa. ꝓ p̄ceptis
obediētia. ī aduerſis patīa. ⁊ etiā ī
p̄mijs opulētia Prio dico ꝙ vo
lūtas dei reſpectu hoīm ē d̄ pctīs
ſp̄. puniēdis pnīa Ezech. xviij. di-
cit de⁹ Nūq̇d volūtatꝭ mee ē mors
impij. q. d. nō. ſȝ poti⁹ pnīa vt vi-
uat. Vñ ſubdit infra. eo. c. Quare
moriemī dom⁹ iſrľ. Nolo morteȝ
moriētꝭ: reuertimī ⁊ viuite. Ex q̇bꝰ
v̄bis ſatꝭ euidēt̄ innuit ꝙ ip̄e deuſ
vult reuerſiōȝ pctōrꝭ, q̄ nō fit niſi
ꝑ pniaȝ. Vult ḡ de⁹ reſpectu hoīȝ
de pctīs puniēdis pnīaȝ. q̄ aliter
nō puniūt̄ ī hac vita. Dico etiaȝ
ſcd̄o ꝙ volūtas dei reſpectu hoīȝ
eſt ꝓ p̄ceptꝭ. ſp̄. adimplēdis obedi
entia. Vñ dic̄ apľs ad Ro. xij. No
lite ꝯformari huic ſecľo. ſp̄. facien
do ⁊ adimplēdo volūtates vr̄as
ſȝ reformamī in nouitate ſenſus
vr̄i. ſp̄. ꝯſentiēdo ⁊ acq̇eſcēdo diui
nis iuſſibꝰ ꝑ q̄ renouat̄ iterior ſen
ſus. ⁊ h̄ vt ꝓbetis. ſp̄. ꝑ oꝑa ſācta.
q̄ ſit volūtas dei bona. h̄ eīm ꝓba
re poteritꝭ ꝙ ip̄i⁹ volūtas ē vt iple
atis iuſſa ſua Nec mirꝝ ſi de⁹ vult
hoc. cū etiā terreni p̄ncipes velint
illud. ſ. ꝙ fiāt ꝑ ſubditos q̄ ip̄i iu-
bēt. Adhuc dico tertio ꝙ volun
tas dei reſpectu hoīm ē in aduer-
ſis patiētia. Juxta illd̄ apľi Heb.
x. Patiētia inq̄t nob̄ neceſſaria ē:
vt faciētes volūtatē dei q̄ ſp̄. eſt de
vr̄a patīa ī aduerſis: reportetis re
promiſſiōȝ. i. gľiaȝ patiētibꝰ ⁊ ꝑſe
uerātibꝰ repromiſſaȝ. Adhuc di
co q̄rto ꝙ volūtas d̄i reſpectu ho

minū ē in p̄mijs adipiſcēdis opu
lētia Uult ei d' ꝙ iuſti hoīeſ habe
ant ī p̄mijs ꝓꝑ merita ſūmā opu
lētiā.q̄ erūt vita eťna. Uñ dic̄ xp̄s
Job.vj. Hec ē volūtas ei' q̄ miſit
me pr̄is vt oīs q̄ videt filiū ꝛ cre/
dit ī eū hēat vitā eťnā ꝛc̄. ꝛ Mat.
vij.dic̄ xp̄s.Nō omīs q̄ dic̄ mihi
dn̄e dn̄e itrabit ī regnū celoꝝ.ſꝫ q̄
fac̄ volūtatē pr̄is mei q̄ in celis ē:
ip̄e intrabit ī regnū celoꝝ.vbi erit
oīs abūdātia boni:omniſqꝫ ma/
li carētia. ¶ Sciēdū autē ꝙ
volūtas dei q̄ꝫtū ad nūc ꝑtinet eſt
ꝙ pctā puniāť. ¶ p̄cepta tā affir
matiua q̄ꝫ negatiua ipleāť. ¶ ad
uerſa patiēť ſuſtineāť. ¶ etiā iu/
ſti hoīes ꝑ merit̄ gl'iaꝫ adipiſcāť
De iſta volūtate dei dicim' q̄tidie
in oŕōe dn̄ica. Fiat volūtas tua ſi
cut ī celo ꝛ ī terra. In celo em̄ ſꝑ i
pleť diuīa volūtas.ſꝫ oramus vt
etiā fiat ī terra.i.ipleať ꝑ hoīes ter
renos. Sꝫ ꝓh dolor mľti ſunt q̄
faciūt ꝯ illō qō orāt. Orāt em̄ di/
cētes deo Fiat voluntas tua:ꝛ tn̄
ipſi nō faciūt volūtatē dei:ſꝫ volū
tatē ꝓpriā freq̄nť ꝯtrariā diuīe vo
lūtati. Cū tn̄ dic̄ xp̄s pr̄i ſuo ſicut
habeť Luc̄.xxij. Nō mea volūtas
ſꝫ tua fiat. O de' quō deberēt ho/
mines ꝯformare volūtates ſuas
diuine volūtati.qꝛ in h̄ cōſiſtit me
ritū ac ꝑ hoc acquiriť celeſte p̄mi/
um. Sꝫ qn̄ volūtas hoīs ē diuīe
volūtati cōtraria.in h̄ cōſiſtit om
ne d̄meritū.ac ꝑ hoc acquiriť eter
nū ſuppliciū. Sola em̄ voluntaſ
ſm̄ Anſelmū:vel remunerabiť in
celo ſi bona fuerit,vel puniet̄ in i/
ferno ſi mala.hoc eſt dictū. Pro/
pter voluntatē hoīs bonā vľ ma
lam tot' homo vel p̄miabitur in
celo:vel puniet̄ in inferno. In vo
luntate eni ſi bona fuerit conſiſtit
om̄e meritū.et ſi mala om̄e deme
ritū. Et tamē hoc nō obſtāte: vo/
lūtas pctōꝝ quotidie rebellat cō
tra diuinā voluntatē.ꝓpter quod
ꝛ de' acceptat oꝑa eoꝝ. Dicūt em̄
peccatores deo ſicut habeť Eſaie.
lviij. Quare ieiunauim' ꝛ n̄ aſpe
xiſti ꝛc̄. Sequiť reſpōſio diuina.
Ecce dicit in die ieiunij veſtri iue/
nitur volūtas veſtra.ſup̄. rebelliſ
ꝛ reſiſtens volūtati mee. Idcirco
nō aſpicio .i. non accepto ieiunia
veſtra.i.oꝑa veſtra q̄ꝫtūcūqꝫ ſint
ex genere bonoꝝ. Sed quid eſt:
Nunq̄d poteſt hō reſiſtere diuīe
voluntati.videť ꝙ nō. quia diciť
Heſter.xiij.deo. In volūtate tua
cuncta ſunt poſita:ꝛ nō eſt q̄ poſ/
ſit reſiſtere volūtati tue. Dicendū
ꝙ ſimpliciter nō reſiſtit diuine vo
luntati.qꝛ vel homo facit diuinā
voluntatē.vel de' facit de homīe
ſuā voluntatē. Et ſicut ſm̄ Anſel.
nō poteſt aliq̄s ſimpliciter recede
re a celo.qꝛ q̄ꝫto pl' recedit ab vna
parte:tāto accedit ad aliaꝫ. Sic ſi
homo recedit a volūtate dei p̄ci
piente.ꝛ hoc vel affirmatiue vľ ne
gatiue ſtatim incidit in volūtateꝫ
dei punientem. Et q̄ꝫto magis re
cedit ab illa:tāto ꝓfundius inci/
dit in iſtā. Nō ḡ ſimpľr reſiſtiť di/
uine voluntati. Et dico ſimpliciť.
Quia peccatores reſiſtūt volūtati
dei p̄cipiēti ꝛ ꝓhibēti ꝛ etiā ꝯſulēti

Tñ nõ reſiſtũt volũtati implẽti ⁊
punĩeti, ꝓpter qđ iuſti viri ſemper
implẽt volũtatẽ dei. vñ dicit̃ de vi
ro iuſto in ꝑncipio Pſ̃. In lege
dñi volũtas eiꝰ. Et alibi dꝛ Bea/
tus vir q̇ timet dñm in mãdatis
eiꝰ volet nimis. R Circa ter/
tiũ ſciendum ꝙ illos nõ exaudit
deus q̃ꝫtũcũqꝫ clamẽt ⁊ oꝛ̃ones
multiplicẽt q̇ ꝑmanẽt ĩ ſtatu pcti̅
moꝛtalis. ⁊ ꝑſiſtũt in amoꝛe pcti̅
⁊ in volũtate peccãdi. Tales dico
nõ exaudit deꝰ ſp̃. ad meritum vi
te eterne. Uñ dicit̃ in Pſ̃. Iniq̇ta
tẽ ſi aſpexi ĩ coꝛde meo: nõ exaudi/
et dñs. ⁊ deꝰ ipſe dic̃ talibꝫ pctõꝛibꝫ
Cũ multiplicaueritis oꝛ̃ones ve
ſtras: nõ exaudiã vos Eſa. j. Nõ
tñ eſt dicendũ ſimpl'r ꝙ deꝰ pctõ/
rẽ nõ exaudiat. Alias fruſtra oꝛaſ
ſet ille publicanus q̇ dicebat deo.
Deus ꝓpitius eſto mihi pctõꝛi. et
tñ (ſicut dicit̃ Luc̃. xviij.) meruit
iuſtificationẽ. vñ dicit Augꝰ. ꝙ il
le cecus q̇ dixit ſicut habet̃ in iſto
euãgelio. pctõꝛes deus non exau
dit q̃ꝫuis eſſet inũctus non dũ tñ
erat illumĩatꝰ. falſum em̃ dixit di
cẽdo abſolute. pctõꝛes deꝰ nõ au
dit. Sciẽdũ ꝙ deꝰ exaudit Su
ſpirãtes ꝑ trãſgreſſione. Inuo/
cãtes in ꝑſecutiõe. Perſeueran
tes in oꝛ̃one. Et ꝯfoꝛmãtes ſe ei
in volitiõe. Dico ꝑmo ꝙ deus
exaudit ſuſpirantes ꝑ trãſgreſſi/
one ſp̃. mãdatoꝝ dei. vñ ꝓpha dic̃
in Pſ̃. In ꝑſona penitẽtis ⁊ pꝛo
delictis ſuis gemẽtis ⁊ ſuſpirãtꝭ
Laboꝛaui inq̇t in gemitu meo: la
uabo ꝑ ſingl'as noctes lectũ meũ
lachꝛymis meis ſtratũ meũ riga
bo. Cauſã ſubdit q̃re dicẽs Tur
batꝰ ẽ a furoꝛe oculꝰ meꝰ. A furo
re dico ꝯcupiẽ. me ĩ pctm̃ ſubmer
gẽtis. Inueteraui. i. vetuſtatẽ cul
pe ꝯ̃xi. int̃ oẽs inimicos meos q̇
ſũt demõẽs ĩfernales. Et qm̃ fir/
mit̃ tenet ꝑ fidẽ ꝙ veri pẽitẽtes ex
audiũt̃. idcirco ſubdit Diſcedite a
me oẽſ q̇ opamini iniq̇tatẽ qm̃ ex
audiuit dñs vocẽ fletꝰ mei. Et ali
bi etiã ĩ pſ̃. dicit vir penitẽs. De ꝓ
fundis clamaui ad te dñe ⁊c̃. De
ꝓfũdis dicit. ſ. coꝛdis ĩtimis ⁊c̃.
Scđo dico ꝙ exaudit deus in
uocãtes in ꝑſecutiõe. Qñ em̃ ali/
q̇s ĩiuſte ꝑſecutiões ⁊ tribulatio/
nes patit̃: ⁊ clamat ad dñꝫ. ipſe ex/
audit eũ. Eſt em̃ piꝰ ⁊ miſ̃icoꝛs.
vñ dicit ꝓpha in pſ̃. Cũ inuocarẽ
exaudiuit me deꝰ iuſticie mee. i. cũ
ꝓpter ĩiuſtas ꝑſecutiões ĩuocarẽ
te deꝰ q̇ es cã iuſticie mee tu exau
diſti me. Cũ ĩuocarẽ inq̇t exaudi/
uit me deꝰ. Et ſignant̃ dic̃ iuſticie
mee: qꝛ ſi hoĩes ĩiuſti patiant̃ tri/
bulatiões ſi dñm ĩuocẽt. ñ ſũt ex/
auditiõe digni. ſꝫ de iuſtis hoc ve
rum eſt. q̇bus tribulatiões ꝓſũt
qui patienter eas ſuſtinent. vnde
ſubdit vir iuſtus. In tribulatiõe
dilataſti mihi. ſp̃. coꝛ per caritatẽ.
Quãto em̃ iuſtus vir magis tri/
bulat̃ ⁊ patiẽter ſuſtinet: tãto ma/
gis coꝛ eiꝰ ꝑ caritatẽ dilatat̃. vñ ſic̃
videmꝰ ꝙ ferrum durum de ſe ⁊
compactũ: ſuper incude mollifi/
catur ⁊ dilatatur ⁊ fit ad diuerſa
artificia aptum. Sic coꝛ iuſti viri
inflãmatum igne caritatis ſuper

incude tribulationũ mollificat̃ et
dilatat̃. ⁊ fit aptũ ad ꝑfectã imple
tionẽ diuīe volũtatꝭ. Juſti ğ viri ī
uocãtes deũ in ſuis tribulatiõibꝫ
exaudiunt̃ ab eo. ſic ꝙ vel ab ĩpis
vel ꝑ ĩpas nõ frangunt̃. ſꝫ tandez
coronant̃. ſicut dꝛ Jac̃. j. Beatus
vir q̇ ſuffert tẽptationẽ ⁊c̃. Sequi
tur. Accipiet coronã vite. Dico
tertio ꝙ deꝰ exaudit ꝑſeuerãtes ī
humili ⁊ deuota orõe Judith. iiij
Scitote (dixit ille eliachim ſũmꝰ
ſacerdoſ ꝑplˡo iſrael) qm̃ exaudiet
dñs p̃ces vr̃as ſi manẽtes ꝑman
ſeritis ī ieiunijs ⁊ orõnibꝫ in ꝯſpe
ctu dñi. Sic̃ iſta anna fuit digna
exauditõe. qꝛ nõ diſcedebat a tem
plo ieiunijs ⁊ obſecratiõibꝫ ſerui
ens die ac nocte. Lu. ij. Et ſignan
ter dꝛ in auctoritate p̃miſſa. in cõ/
ſpectu dñi. i. ſꝑ reſpiciẽtes dñm et
honorẽ eiꝰ. nõ laudẽ hoĩm vel fa/
uorẽ ꝑplˡi: ſicut faciũt hypocrite. q̇
cũ ieiunãt vl̇ vacãt orõibꝫ: nõ attẽ
dunt niſi ꝙ ab hoĩbꝫ laudentur.

¶ Quarto dico ꝙ deꝰ exau/
dit ſe ei ꝯformãtes ī volitiõe. Dic̃
em̃ ꝓpheta in pſ̃. de viris timẽtibꝫ
deũ ⁊ ꝯformãtibꝫ ſuã volũtatẽ di
uine. Uoluntatẽ timẽtiũ ſe faciet:
⁊ dep̃cationẽ eorũ exaudiet ⁊ ſal/
uos faciet eos. Ergo vtile ē hoĩbꝫ
ſuſpirare ꝓ trãſgreſſiõe. Jnuoca/
re dñm ī tribulatõe. Perſeuerare
in orõne. Et ſe ꝯformare deo ī vo
litione. qꝛ tales a deo exaudiunt̃.
Sꝫ mali hoĩes in ſua ꝑſeuerãtes
malicia. ⁊ maxīe q̇ obturãt aureſ
ſuas ad clamorẽ paupeꝝ. qñ op/
p̃munt̃ ab eis vl̇ qñ petũt ab ĩpiſ
ſubſidiũ corꝑale: nõ exaudiet̃ ipſi
q̃ꝫtũcũqꝫ ad deũ clamẽt. Unde dꝛ
Prouer. xxj. Qui obturat aures
ſuas ad clamorẽ paupeꝝ: clama/
bit ⁊ ip̃e ⁊ nõ exaudiet̃. De pctõri/
bus aũt q̇ vias ſuaſ malas iterãt
dicit deꝰ Hiere. xj. Jnducã ſuper
eos mala de q̇bꝫ exire nõ poterũt
⁊ clamabũt ad me ⁊ nõ exaudiaꝫ
eos. Etiã iuſtos hoĩes ꝓ talibus
orãtes nõ exaudit deꝰ. Uñ ſic di/
xit deꝰ Hiere. ſic̃ habet̃ in eodẽ. c.
Tu (dicit ſibi) noli orare ꝓ ꝑplˡo h̄
⁊ ne aſſumas ꝓ eis laudẽ ⁊ orõeꝫ
qꝛ nõ exaudiã te. De om̃ibꝫ etiam
pctõribꝫ in pctõ mortali vitã ſuaꝫ
finiẽtibꝫ dic̃ deꝰ ꝑ ſapiẽtẽ Prouer.
j. Tũc. ſ. poſt mortẽ inuocabunt
me ⁊ nõ exaudiã: ꝓ eo ꝙ exoſã ha
buerunt diſciplinã ⁊ timorẽ dñi.
Oremꝰ igit̃ ad dñm ⁊ effundamꝰ
corã eo p̃ces hũiles ⁊ deuotas. et
nõ ꝯfidamꝰ ſolũ in mlˡtis orõibꝫ
vocalibꝫ ſic̃ faciũt ethnici. q̇ putãt
ꝙ in multiloq̇o ſuo exaudiãt̃. ſic̃
dicit ſaluator Mat. vj. Nõ eſt ita
ſed magꝭ orõ mẽtalis eſt digna ex
auditiõe q̃ꝫ ſolũ vocalis. Sꝫ tũc
potior corã dño qñ vtraqꝫ ē ſil̇. ſcꝫ
mẽtalis ⁊ vocalis. Orare em̃ ſolũ
voce vel ore q̃ꝫtũcũqꝫ multiplicẽt̃
orõnes tales: nõ ſunt magni me/
riti apud deũ. Orare em̃ mẽte abſ
qꝫ verbo vocali: meritoriũ ⁊ mul
tum deo eſt acceptũ. Sic em̃ iter/
dum orabat Moyſes cui dictũꝫ
fuit a deo. Quid clamas ad me.
⁊ tamẽ vocaliter nõ loquebat̃. Et
ꝓpterea etiã talẽ orationẽ audact̃ di
cit ꝓpheta in pſ̃. Clamaui in toto

corde meo: exaudi me dñe. Sic ēt
exaudiuit dñs illā sanctā Annaz
orantē sola mēte. vñ ꝛ exaudita fu
it oratio sua. sicut habet̃. j. Reg. j.
Sꝫ qñ vtraqꝫ est simul ꝛ oꝑa nō
obsistūt tūc est exauditōe dignissi
ma. De tali loquebat̃ in ps̃. dicēs
Verba mea auribꝫ ꝑcipe dñe. h̃
q̃ꝫtū ad orationē vocalē: intellige
clamorē meū. i. cordis mei. h̃ q̃ꝫtū
ad orationē mētalē Sequitur de
vtraqꝫ. Intēde voci orōnis mee:
rex meꝰ ꝛ deꝰ meꝰ. Q̃m ad te ora-
bo dñe: mane exaudies vocē me-
am. Et nō solū mane sꝫ etiā meri-
die ꝛ vesꝑe ꝛ om̃i tꝑe. Sic igitur
orādo dicamꝰ xp̃ianis popul' il-
lud qđ scribit̃. ij. Mach. j. Exau-
diat dñs orōnes vr̃as ꝛ recōciliet̃
vobis nec vos deserat in tꝑe ma-
lo. i. in toto tꝑe vite p̃ñtis Quod
ipse om̃ibꝫ p̃stare dignet̃ ꝛc̃. Amē

Feria quinta Sermo

ACcessit ie
sus ꝛ tetigit loculū. Hij
aūt q̇ portabāt steterūt.
Luc. vij. ¶ Saluator nr̃ di
xit iudeis qđdā v̓bū ad lr̃az. istđ
sꝫ Unū opꝰ feci ꝛ om̃es mirami.
Joh. vij. Istud etiā v̓bū f̃m spū-
lem sensum dic̃ fidelibꝫ suis. Qđ
q̇dē verbū debet intelligi nō solū
de sanatiōe ꝛ viuificatiōe illiꝰ vel
istius pctōris in speciali ꝓpter pec
catū infirmi: sed etiā mortui ꝛ vi-
ta gratie p̃uati. verūetiā de sana-
tione ꝛ viuificatiōe totiꝰ generis
humani in generali añ aduentuz
suū. nō solū egri: sed etiaz mortui
ꝓpter peccatū ꝓthoplasti. Et quia
posset aliq̇s querere. quomō vel
quo merito dei filiꝰ humanū ge-
nus egrū sanitati: ꝛ mortuū vite
spirituali restituit. Ad quā questi
onē debet respōderi ꝙ dei filiꝰ hu
manū genꝰ sanauit et vite restitu-
it carnē humanā assumēdo: ꝛ in
carne assumpta moriēdo. Idē de
bet dici de sanatiōe et viuificatōe
cuiuslibet peccatorꝫ in spāli. Nun
q̃ꝫ em̃ aliq̇s peccator sanatꝰ fuit
spūaliter seu viuificatꝰ simplicit̃:
nisi v̓tute ꝛ merito incarnatōis ꝛ
passiōis xp̃i. nec sanabit̃ nec viui-
ficabit̃ vnq̃ꝫ. Ad q̄ innuēda sācta
mater eccl'ia legit istꝫ tribꝫ diebus
hodie. s. ꝛ cras et sabbato lectiōes
in missa tā de nouo q̃ꝫ de veteri te
stamēto. In q̇bꝫ agit̃ sub figura
de īcarnatōe ꝛ passiōe filij dei ꝛ ea
rū effectibꝫ. Die v̓o dñica q̄ đr de
passiōe legit q̄sdā lectiōes. in q̇bꝫ
agit̃ de eisdē euidēt̃ et sine figura.
Die igit̃ ista ī epl'a q̄ scribit̃. iiij. re-
gū. iiij. ꝛ īcipit. Uenit mlier suna-
mitis: agit de istꝫ sub figura. Di-
cit̃ em̃ in ip̃a ꝙ helizeꝰ q̇ filiuz dei
significat: filiū sunamitꝫ q̇ huma
nū genꝰ designat. quē puer suꝰ. s.
Gyesi cū baculo eiusdem a morte
corꝑis suscitare nō potuit: ip̃emet
ingrediēs domū illiꝰ mlierꝫ. ꝛ ascē
dens suꝑ lectuluz in q̄ iacebat ille
filiꝰ mortuꝰ: posuit mēbra sua su
per mēbra pueri. Et iteꝝ ascēdens
incubuit suꝑ pueꝝ q̇ statī reuixit
Sic dei filiū genꝰ hūanū filiū su
namitis. i. nature hūane misere et
captiue quē puer helizei. i. moyses

cum baculo.i. cū ſeueritate leg; a
morte illa ſuſcitare nō potuit quā
incurrerat ꝑ peccatū ṗmi homīs
Sed ipſemet dei filius aſcēdens
ſuꝑ lectulū.i.carnē humanā aſſu
mens.⁊ ſe coaptās mēbris hoīm
accipiēs ſerui formā.⁊ iterū aſcen
dens ſuꝑ lectulū.i.ſuꝑ crucē mor
tem ꝓ nobis patiēdo . ipm ab illa
morte ſuſcitauit. Nec vacat a my/
ſterio qꝺ dicit̃ ꝙ ꝓpheta bis aſcē/
dit ſuꝑ lectulū ī quo iacebat mor
tuus quia xp̄s bis aſcēdit lectulū
crucis. Primo.ſ.qn̄ carnē aſſum
pſit.q2 etiā ſimul mēt; penalitateſ
accepit. Scꝺo qn̄ realit̃ ip̄am cru
cē aſcēdit: mortē in ea ſuſtinendo.
Et certe ī iſto lectulo cruc; iacebat
hūanū genꝰ mortuū.q2 ꝑ ip̄az ⁊ ī
ip̄a debebat̃ ſibi ꝭm Amb.reſur/
rectio ad vitā. In euāgelio ꝟo hu
ius diei qꝺ ſcribit̃ Luc.vij.⁊ de q̊
ſumptū eſt ꝓpoſitū ꝟbū:agitur ꝺ
eiſdē ſub figura. Dicit̃ em̄ in euā/
gelio qꝺ incipit Ibat ieſus ī ciui/
tatē ⁊c̄. ꝙ ieſus filiuz mortuū cu
iuſdā mulieris vidue.q̄ diſignāt
illa eadē que ſtatim ſuꝑius dicta
ſunt: ꝑ iſtū modū a morte corꝑis
ſuſcitauit. Acceſſit em̄ ⁊ tetigit lo/
culū.⁊ ſteterūt illi ſtati q̇ mortuū
portabant ad ſepulcrū. Uere xp̄s
bis tetigit loculū.i.crucē. Prīo q̇
dē nr̄as penalitates aſſumendo.
Scꝺo mortem ī cruce ꝑferēdo.q̊
facto tēptatōeſ demonū.ꝯcupiſcē
tia carnis ⁊ ocl'oꝝ ⁊ ſuꝑbia vite.q̄
portabāt mortuū ad ſepulturā ī
ferni ſteterūt.i. ꝟtute paſſiōis ieſu
xp̄i ſic remiſſe ⁊ tꝑate fuerūt ꝙ ex/
tūc ſectatoribꝰ cruc; nullā violēti
am ītulerūt. Idē dico ꝑ oīa ꝺ ſuſci
tatiōe huiꝰ vl' illiꝰ pctōr;. Dr̃ ergo.
Acceſſit ieſus ⁊ tetigit loculuz ⁊c̄.
U In q̊ q̇ dē ꝟbo q̄z magna ſit
dei miſcꝺia ſuꝑ totū hūanū genꝰ
⁊ ſuꝑ quēlibz pctōrē īnuit̃ euidēt̃
Oñdit̃ em̄ in h̄ ꝟbo Affectꝰ diuī
ne miſeratōis Influxꝰ īterne vi/
ſitatōis Et effectꝰ hūane liberati
onis. Primo dico tāgit̃ in h̄ ꝟ
bo affectꝰ diuīe miſeratōis ī acceſ
ſu p̄ſentiali: cū ꝺr Acceſſit Ieſus.
Certe iſta fuit infinita miſeratio:
ꝙ dei filiꝰ voluit accedere ad ho/
mīes q̇ grat; a ſe elōgati fuerāt et
penitꝰ auerſi. De q̄ miſeratiōe pōt
exponi ꝑ figurā illꝺ qꝺ ꝺr.iij. Re.
xviij. Accedēs helyas ad oēm po/
pulū.⁊ inſtruxit eos. Helyas iter
ꝑtatur deꝰ meꝰ.⁊ ſignificat dei fi/
lium q̇ carnē aſſumēs acceſſit ad
oēm hūanū populū ꝓ inſtructōe
⁊ liberatiōe ab inimic; Secūdo
tāgit̃ in hoc verbo influxus inter
ne viſitatiōis: cū addit̃. Et tetigit
loculū. Per iſtū loculū poteſt in/
telligi nō ſolū crux chriſti vt dictū
eſt: ſed etiā cōſciētia peccatoris: in
qua iacet filiꝰ mortuꝰ.id eſt intel/
lectꝰ errore deceptꝰ: vl' etiā carnal'
ꝯcupia ī q̄ etiā pctōr mortuꝰ iacet
Certe cū deꝰ viſitat hoīez īteriꝰ tūc
tāgit ⁊ hūanā ꝯſciaz ⁊ carnalē cō/
cupiſcētiā.⁊ tāgēdo fac̄ hoīes bel
latores ꝯ̄ vicia ⁊ vite xp̄i ſectatoreſ
de q̄ p̄t expōi illꝺ qꝺ ꝺr.j. Re.x.ꝙ
abijt cū ſaule (q̇ ibi xp̄z ſignificat)
pars exercitus q̊rum deꝰ tetigerat
corda, Tertio tangitur in hoc

ꝟbo effectꝰ hūane liberatōis: cuꝫ ſubdiť. Hij aūt q̄ portabāt: ſteterunt. Uere deo tāgēte cor homīs mala illa q̄ portāt ip̄m ad ſepulcrū inferni: ſtāt. i. impediūť. nec ꝑmittunť vlteriꝰ portari. Qui fune ſti portitores p̄nt intelligi ꝑ illaꝫ vndā maris q̄ ī nullo nocuit ſeruis dei. ⁊ tn̄ ſubmerſit inimicos eiuſdē. De qua vnda dr̄ Exo. xiiij. ꝙ ſtetit vnda fluēs. ⁊ ſic ſtetit ꝙ filij iſrael ambulauerūt ꝑ ſiccū. ſed poſtq̄ꝫ illi trāſiuerāt: vnda deſcēdit ⁊ egyptios ſubmerſit. Diciť ergo Acceſſit ieſus ⁊c̄. ℞ Circa primū vbi oñdiť affectꝰ diuīe miſerationis ī acceſſu hoīm p̄ſentiali cū p̄mittiť. Acceſſit ieſus. Sciendum ꝙ ex ſūma miſeratiōe dei filius acceſſit ad q̄ttuor. vicꝫ. Ad limū hūanitatꝭ aſſumēdū Ad lignū penalitatꝭ ſuſtinēdū Ad limbum captiuitatꝭ deſtruēdū. Et ad ſinū benignitatis aperiēdum

De p̄mo poteſt exponi ꝑ figurā illud qḋ dr̄ Exo. xx. Acceſſit moyſes ad caliginē in q̄ erat deꝰ. Iſte moyſes p̄nceps ꝓpl̄i dī aſſumptꝰ de aqua: xp̄m dn̄m ſignificat: p̄ncipē vniuerſi. q̄ aſſumptꝰ fuit ad celū de aqua mūdane tribulationis. Iſte inq̄ꝫ dei p̄ris filiꝰ motuſ ex ſūma miſeratiōe acceſſit ad caliginē. i. ad nubē carnis quā aſſūpſit ⁊ q̄ ip̄m ſolē iuſticie texit. In qua erat deꝰ: nō ꝙ an̄ aſſumptōꝫ carnis eſſet deꝰ in ip̄a. q2 nec ipſa caro an̄ aſſumptioneꝫ erat. ſed ſiľ fuit caro formata ⁊ aīata ⁊ a verbo aſſumpta: ſibiq̄ꝫ ꝑſonaliť vnita. Un̄ verū eſt illud qḋ ille ꝓpħa dixit xp̄o Eſa. xlv. Uere tu es deꝰ abſcōditꝰ. Quia ad iſtā caligineꝫ id eſt nubē carnis ꝑſonaliť acceſſit cui ⁊ vnitꝰ fuit inſeꝑabiliť De ſecūdo exponi pōt illud qḋ ſcribitur Judith. xiij. vbi dr̄ ꝙ Judith acceſſit ad columnā q̄ erat ad caput lectuli ⁊ pugionē q̄ in ea ligatus pēdebat exoluit. cū quo etiaꝫ caput holofernis abſcidit. Loq̄ndo ꝑ figurā iſta colūna ſignificat crucē xp̄i. Holofernes iſte q̄ interp̄tať infirmitas diſſenſiōis: ſignificat diabolū q̄ q̄ꝫtū eſt de ſe facit infirmari oēm hoīem. q2 fac̄ oēm hoīem q̄ꝫtū eſt de ſe diſcedere a vero medico q̄ eſt deꝰ. Lectulꝰ autē iſte holofernis mūdū ſignificat. ī quo an̄ aduentū xp̄i diabolꝰ pacifice quieſcebat. Caput aūt lectuli ſignificat iudeā q̄ tūc ꝓpter cultuꝫ vniꝰ veri dei q̄ erat ī ea: dici poterat caput mūdi. Pugio ꝟo q̄ pēdebat in colūna ſignificabat ꝟtutem crucifixi. Judith ꝟo que iterp̄tatur cōfitens: ſignificabat ꝑſonā ꝟbi carni vnitā Quid ergo dr̄ (Judith. i. ꝑſona ꝟbi vnita carni: acceſſit ad columnā. i. ad crucē vt in ea mortē ꝓ nobis ſuſtineret Que quidē colūna erat ad caput lectuli. i. in quodā mōte iudee. ſ. caluarie. ⁊ exoluit pugionē q̄ erat in columna. i. ꝟtutē crucis cū qua abſcidit caput holofernis. i. diaboli Uirtute eīn crucis. i. xp̄i paſſi in cruce debilitata fuit q̄ꝫ plurimuꝫ poteſtas inimici. Et ſignāter diciturꝙ pugio erat ligatꝰ ī colūna.

quia añq̄ȝ dei filiꝰ factꝰ hō acceſſiſ
ſet ad crucē ⁊ in ea paſſus fuiſſet:
poteſtas crucifixi q̄ſi ligata appa/
rebat Sȝ cū xp̄s acceſſiſſet ad cru
cē ⁊ ī ea paſſus fuit: ptās crucifixi
fuit ſoluta ad īterficiēdū humani
generꝭ inimicos. ⁊ ſic ꝑ ꝟtutē cru
cis fuit exaltatꝰ deꝰ. Juxta illō pſ̄
Accedet hō .ſ. xp̄s ad cor altū. id ē.
ſm Aug. ad paſſionē crucꝭ. ⁊ exal/
tabit̄ deꝰ y De tertio pōt expo
ni illud qō dr̄ ī ꝑſona filij dei Eſa
ie. viij. Acceſſi (dicit) ad ꝓphetiſſaȝ
q̄ ꝯcepit ⁊ ꝑepit filiū. Et dixit dñs
ad me. Uoca nomē eius accelera.
ſpolia detrahe. feſtina p̄dari Jſta
ꝓphetiſſa Mariā ꝟginē deſignat
q̄ ſpū ꝓphetie fuit īpleta. Quid ḡ
dic̄ dei filiꝰ. Ecce acceſſi .ſ. ꝑ ꝟtutē
ſpūſſcti ad ꝓphetiſſaȝ .i. ad ꝟgineȝ
mariā. q̄ ꝯcepit ⁊ ꝑepit filiū .i. me
in ip̄a ⁊ de ip̄a de ſpūſctō hominē
factū. De q̄ q̄ dē filio dixit deus pr̄
ad me. qr oīa ꝑ me facta ſunt. Uo
ca nomē eiꝰ Accelera .ſ. ad crucꝭ ꝑ/
peſſionē. ſpolia detrahe .ſ. ꝑ hoīm
a ptāte diaboli liberatōȝ. Feſtina
p̄dari .ſ. ꝑ limbi deſolatōȝ. q̄ remā
ſit ſolitariꝰ ⁊ vacuꝰ oī aīa: xp̄i aīa
poſt exitū a corꝑe ip̄ȝ p̄dāte. Hoc
vtiq̄ȝ nomē fuit xp̄i hoīs. ⁊ h̄ noīe
ip̄e vocari voluit. ſcȝ Accelera ⁊c̄.
Qō nomē nō fuit ſine re. qr vt ſic
impletū fuit Accelerauit ei ad paſ
ſionē ⁊ ꝑ mortē ſuā ad demonuȝ
de hoīb9 ſpoliationē. ⁊ ad limbi ī
q̊ ſctōꝝ aīe detinebāt̄ captiue de/
ſolationē. De q̄rto dic̄ apl's ver
bū claꝝ ad Heb. vij. dicēs de xp̄o
ꝙ ip̄e pt ſaluare ī ꝑpetuū. accedēs
ꝑ ſemetip̄m ad deū. ſp̄. p̄ſēm. ſꝑ vi
uens ad interpellādū ꝓ nob. Ad/
uocatꝰ em̄ nr̄ xp̄s eſt corā deo pr̄e
ad quē accedit qñ vult: nō ꝑ aliū.
ſȝ ꝑ ſemetip̄m qr filiꝰ eiꝰ ē. ⁊ deus
ſicut ip̄e. ſemꝑ q̄ȝ viuit vita glīe. qr
mors illi vltra non dñabit̄. viuit
dico ad īterpellādū ꝓ nob. Sem
per em̄ interpellat ꝓ nob: qr ſꝑ eſt
neceſſe. Quilibet eni alioꝝ triū ac
ceſſuū fuit tm̄ ſemel. ſȝ iſte ē et erit
ſꝑ ꝯtinuꝰ q̄ȝdiu mundꝰ iſte dura
bit. Accedit ḡ ieſus ꝯtinue ad ap̄i
endū nob ſinū diuie pietatꝭ vt ve/
niā ⁊ miſicordiā ꝯſeq̄mur. Quia
igit̄ fuit tāta eiꝰ miſeratio ꝙ ſic vo
luit ⁊ vult accedere ꝓ nobis ⁊ noſ
certe debemꝰ ad ip̄ȝ accedere. Jp̄e
em̄ nō īdigebat acceſſu ſuo reſpe/
ctu noſtri. Sȝ nos q̄ȝplurimū de
bemꝰ accedere ad ip̄m: vt ꝑ ip̄ȝ q̇
verꝰ eſt ſol iuſticie illumiēmur. iu
xta illud pſ̄. Accedite ad eū ⁊ illu
minami. Ergo iuxta ꝯſiliuȝ apl'i
Heb. x. Accedamꝰ. ſp̄. ad eū cū ꝟo
corde ⁊ nō ficto ī plenitudīe fidei
Quia vt dr̄ ad Heb. xj. Accedentē
oportet credere. aſperſi corda. i.
mūdatis cordib9 a ꝯſciētia mala.
Et abluti corpꝰ aqua mūda .ſ. pe
nitētie. teneamꝰ ſpei noſtre. q̄ ſi ꝟa
eſt ꝓuenit ex meritis: ꝯfeſſionē in
declinabilē. Si em̄ habemꝰ verā
fidē ⁊ firmā ſpem: cōfitebimur ſꝑ
de xp̄o dei filio quattuor p̄dictoſ
acceſſus. Et ipſe ꝓculdubio acce/
det ad nos vt ꝑ ip̄m illumiēmur
Z Circa ſcōm vbi oſtendit̄ in
fluxꝰ interne viſitatōis in attactu
virtuali: cū addit̄. Et tetigit locu/

lū. Eſt ſciēdū ꝙ ꝑ loculū. vt dictū
affligeret. Dicit em̄. Abraā pr̄ ve-
ſter exultauit ⁊c̄. ¶ Circa pri
mū vbi chriſt⁹ inducens abraaꝫ
virū perfectiſſimū hortat̄ nos ad
pfectā imitationē cū dicit. Abraā
pater veſter. Si eni ipſe pater no-
ſter eſt. Si p q̄r.quia ita eſt vt di-
cit chriſt⁹.⁊ nos ſumus eius filij
debemus ip̄m imitari. al's dege-
neres ſum⁹. Debem⁹ autē ipſuꝫ
imitari in multis. Legim⁹ em̄
abraā patrem obliuiſcētē natiui-
tatis patriam. Dictū em̄ fuit ſibi
a deo ſicut habet̄ Gen̄.xij. Egrede
re de terra tua ⁊ de cognatiōe tua
⁊ de domo patris tui: ⁊ veni i ter
ram quā monſtrabo tibi.⁊ ita fe-
cit. Sic dico q̄ chriſtianus quili
bet debet exemplo Abrae mundi
ſtatum declinare. Sibi em̄ dic̄ de
us p ſcripturā ⁊ p internā inſpira
tionē. Egredere de terra tua.id eſt
de terrena cōuerſatiōe.et d̄ cogna
tione tua.id eſt de malor̄ hoium
ſocietate.quib⁹ fuiſti aliquādo ſi
milis tanq̄ꝫ eorū cognatus. Et d̄
domo patris tui.id eſt de oī pec-
cato mortali ⁊ iniquitate que fece
runt cōſcientiā tuaꝫ domū patris
tui.i.diaboli qui erat pr̄ tu⁹ q̄ꝫdiu
fuiſti i pctō mortali. Juxta illud
ſaluatoris Joh.viij. Vos ex p̄re di
abolo eſtis.dic̄ de pctōrib⁹.⁊ veni i
terrā quā mōſtrabo tibi. i terrā.ſ.
viuētiū quā de⁹ mōſtrat hoi p fi-
dē ⁊ p ſcripturā ſacrā ⁊ p inſpirati
onē internā. Veni dic̄ in t̄rā iſtaꝫ
ſcꝫ p verā fidē ⁊ p bonā opationē
p verā pn̄iam ⁊ carnis afflictionē
p iuſticiā ⁊ miſerationē. His em̄
itineribus puenit̄ ad ſalutē. Bo-
nus igit̄ chriſtian⁹ videns ſp̄.req
em eternā q̄ eſſet bona. ⁊ terrā vi
uentiuꝫ q̄ eſſet optima: ſuppoſuit
humeros ſuos tā corpis q̄ꝫ aīme
vt ad ip̄am ptingere poſſet. ſic̄ di
citur p figurā Gen̄. penul. Debe-
mus igit̄ exēplo abrae ſtatū mun
di declinare. Cuilibet enim noſtr̄
dicitur in ps̄. Obliuiſcere popu-
lum tuū ⁊ domū patris tui Le-
gimus etiā Abraā cultorē diuini
tatis. Fuit enim Abraā de primiſ
hominib⁹ qui coluerūt deū: et ſi-
bi cultū latrie impenderunt. Dici
tur enim Genes.xij.q̄ ipſe edifica
uit altare dn̄o ⁊ inuocauit nomē
dn̄i. Sic ⁊ nos exēplo ip̄i⁹ d̄bem⁹
p virib⁹ cultum dei dilatare. de-
umq̄ꝫ veruꝫ modo debito colere

⁊ adorare ⁊ in nobiſipſis edifica-
re altare.i.cor noſtꝝ vtutibꝫ orna
re vt in ipo poſſimꝰ mō debito co
gitatōes nr̄as ⁊ affectōes dn̄o im
molare. Dic̄ em̄ ſaluator Joh.iiij
ꝙ venit hora ⁊ nūc ē qn̄ veri ado
ratores adorabūt p̄rem in ſpū et
veritate V Legimꝰ etiā abra
am nutrientē fraternitatꝭ grāz. Di
xit em̄ ipe Loth nepoti ſuo. Ne q̄-
ſo ſit iurgiū inter te ⁊ me ⁊ paſto-
res meos ⁊ paſtores tuos:fratreſ
em̄ ſumꝰ. Et iō q̄ztū in no b eſt iu-
xta qd̄ dic̄ apl's ad Ro.xij. debe-
mus cū oibꝫ pacē hr̄e: etiā cū ini-
micis pacꝭ. Juxta illud qd̄ dic̄ il-
le in ps̄. Cū his q̄ oderūt pacē erā
pacificꝰ. Legimꝰ etiā abraā pro
ſternētē hoſtilitatꝭ turbā Dicit̄ em̄
Gen̄.xiiij.ꝙ abraā ꝓſtrauit et de-
bellauit illos q̄ttuor reges. p̄dā-
q3 quā acceperāt:de manibꝫ eorū
reduxit. Sic ⁊ nos exēplo Abrae
debemꝰ hoſtilitatē expugnare De
bemꝰ etiā debellare q̄ttuor reges
id eſt q̄ttuor demoneſ.illū ſcꝫ qui
tēptat de ſupbia.⁊ illū q̄ tēptat de
inuidia.⁊ illū q̄ tēptat d̄ auaricia.
Jllū etiā q̄ tēptat d̄ luxuria. Quia
vt dic̄ apl's ad Eph.vj. Nō eſt no
bis colluctatio aduerſus carnem
⁊ ſanguinē.ſp̄.tm̄.ſꝫ etiā aduerſuſ
p̄ncipatꝰ ⁊ ptātes:aduerſus recto
res tenebraꝝ haꝝ.ꝯtra ſpiritales
neq̄tias i celeſtibꝫ.i.ꝯ demones q̄
p̄ncipant̄ demonibꝫ.q̄ dicūt̄ tene-
bre.vl' etiā q̄ p̄ncipant̄ ptibꝫ iſtiuſ
aeris tenebroſi. Ergo debemꝰ exē
plo abrae aduerſantes expugna-
re. Legimꝰ etiā abraā fugiētem

cupiditatꝭ flāmā. Legit̄ em̄ Gen̄.
xiiij. ꝙ ille rex ſodomorum dixit
abrae poſtq̄z habuerat victoriaz
de illis q̄ttuor regibꝫ.p̄dāq3 q̄z d̄ ma
nibꝫ eiꝰ tulerat. Da mihi aias cete
ra tolle tibi. Cui rn̄dit abraā. Le-
uo manū meā ad dn̄m poſſeſſorē
celi ⁊ terre ꝙ a filo ſubtegmis vſ-
q3 ad corrigiā calige nō accipiā d̄
oibꝫ q̄ tua ſunt. Fugit g̊ abraā cu
piditatꝭ flammā.ſic ⁊ nos exēplo
ipiꝰ debemꝰ cupiditatē ⁊ auariciā
abdicare. Quia vt dicit apl's ad
Ephe.v.ꝙ oīs fornicator aut im
mūdus aut auarꝰ aut idoloꝝ ſer
uitꝰ:nō habet hereditatē in regno
xp̄i ⁊ dei X Legimꝰ etiā abra
am eijcientē libertatꝭ emulā. Legi
tur em̄ Gen̄.xvj. ꝙ abraā eiecit d̄
domo ſua illā agar ancillā ſuā cū
filio ſuo q̄ emulabat̄ dn̄e ſue.ſ.ſa
ray. Et certe nos debemꝰ exemplo
abrae oēm pcti ſuilitatē amputa
re ⁊ a nobis extirpare. Aīma nr̄a
q̄ztum eſt de ſe libera ē.⁊ caro an-
cilla eſt. Verū ancilla emulat̄ con
tra dominā.quia caro cōcupiſcit
aduerſus ſpm̄:vt dicit apoſtoluſ
ad Gal'.vj. Sic ⁊ nos debemus
a nobis eijcere oēm peccati ſerui-
litatē.quia ſumꝰ filij libere:nō an
cille. Qd̄ facimus cuz carnē ſpiri-
tui ſubiugamꝰ. Et hoc certe debe
mus facere.quia dicit apoſtolus
ad Gal'.iiij. Eijce ancillam ⁊ filiū
eius. Non em̄ erit heres.ſp̄.celeſtꝭ
patrie cū filio libere. Legimꝰ eti
am abraā circūcidentē carnalita-
tis ſuperbiā. Legit̄ em̄ Gen̄. xvij.
quō abraā de mandato dn̄i circū

cidit carnē p̄pucij ſui ⁊ omniuꝫ q̄
erant in domo ſua. Sic ⁊ nos ex
emplo ipſiꝰ debemꝰ carnis motū
ſubiugare ⁊ om̄e malū prepuciū
a nobis circūcidere. p̄cipue p̄puci
um cordis noſtri. vtpote malas
cogitationes prauaqꝫ deſideria ⁊
affectiones peſſimas. ex quibꝫ ꝓ-
deunt om̄ia opa mala. iuxta illō
quod dicit̃ nobis Hieremie. iiij.
Circūcidimini p̄pucia cordis ve-
ſtri. Legimꝰ etiā abraā exhiben-
tem hoſpitalitatis curā. Legitur
em̄ Ben̄. xviij. quō abraā recepit ī
ſuo hoſpitio tres angelos. quibꝫ
ad comedendū dedit eo modo q̄
angeli comedere poſſunt. Sic et
nos exēplo ipſiꝰ debemꝰ mētē do
mū p̄parare: vt deus velit in ipſa
hoſpitari habitare ⁊ cenare. Ipſe
em̄ dicit Apoc̄. iij. Ecce ego ſto ad
hoſtiū ⁊ pulſo. ſi quis audierit vo
cem meā ⁊ aperuerit mihi ianuaꝫ
intrabo ad eū ⁊ cenabo cum eo ⁊
ipſe mecū. Debemus etiā homīeſ
ī noſtris hoſpitijs recipe. eiſqꝫ ſꝫ
noſtrā facultatē ꝓuidere. hoc em̄
eſt vnū de opibꝫ miſericordie ꝓpt̃
que deꝰ remunerabit electos. vn̄
dicet eis in iudicio. Hoſpes fui ⁊
recepiſtis me. Matth. xxv. Apl's
etiā dicit ad Hebre. xiij. hoſpitali
tatis nolite obliuiſci. ꝑ hanc eniꝫ
placuerūt quidā. ſ. deo: angel' ho-
ſpitio receptis. Legimꝰ etiā abra
am expoſcentē ꝓ alijs veniā. Legi
tur em̄ Ben̄. xix. ꝙ abraā orando
ſuppliciter ⁊ humiliter poſtulauit
veniā pro ſodomitis. Sic et nos
exemplo ipſiꝰ debemꝰ ꝓ viribꝫ irā
dei mitigare ⁊ orare etiā ꝓ pecca-
toribus qui nos ꝑſequunt̃. iuxta
illud ſaluatoris Matth. vj. Ora
te ꝓ ꝑſequentibꝫ ⁊ calumniātibuſ
vos. Legimus etiā abraā obe-
dientem ad ſimplicē dei loquelā.
Legitur em̄ Ben̄. xxij. ꝙ abraam
in re multuꝫ difficili ⁊ ardua. ſ. in
occiſione filij ſui ad loquelam dei
ſimplicem voluit obedire. Sic ⁊
nos exemplo ipſiꝰ debemꝰ obedi
re deo ad ſolū eius verbū in om̄i-
bus que iubet q̄ꝫtūcunqꝫ ſint ar-
dua ⁊ nobis difficilia. vt poſſit di
ci de quolibet noſtrū illud. in au
ditu auris obediuit mihi. Legi
mus etiā abraā offerentē pietatis
victimā. Legit̃ em̄ Ben̄. xxij. ꝙ ipe
pro filio ſuo obtulit deo arietem.
Sic ⁊ nos exemplo ipſiꝰ debemꝰ
pro filio. id ē ꝓ ſpiritu noſtro ari-
etē. id eſt carnē noſtrā in holocau
ſtum īmolare. Iuxta illud qō di-
cit apoſtolꝰ ad Roma. xij. Obſe-
cro vos ꝑ miſericordiā dei vt ex-
hibeatis corpa veſtra hoſtiam vi
uentē: ſanctā: deo placentē. Le-
gimus etiā Abraā cōcludenteꝫ in
ſanctitate vitā. Dicitur em̄ Benes
xxv. ꝙ mortuꝰ eſt abraam in ſene
ctute bona. ꝓuectaqꝫ etatis ⁊ ple-
nus dierū. Sic ⁊ nos q̄ꝫtum ī no
bis eſt cū diuino adiutorio debe
mus vite curſum feliciter cōſum-
mare: vt ſcꝫ moriamur in ſenectu
te bona ⁊ venerabili. que non eſt
diuturna neqꝫ annoruꝫ numero
cōputata: vt dicit ſapiens Sapīe
iiij. ſed eſt vita homīs immacula
ta. Moriamur etiā pleni dieruꝫ.

id eſt pleni virtutibꝫ. ꝑ quas dieſcit in emiſperio mentis humane. Igitꝛ in iſtis om̄ibꝫ debemꝰ abraam imitari: al'ſ nō erimus ſui filij liberi ac heredes ſui. Deus em̄ dicit nob̄ Eſa.lj. Attēdite ad abraam patrē veſtrū. id eſt imitamini ip̄m in iſtis duodecim que ſūt dicta. Et ſubdit cauſam quare debeamus ip̄m imitari dicens. Quia vnū vocaui eū ⁊ benedixi ei. ⁊ multiplicaui eū. ſ. p̄. nō ſolū in filijs. verumetiā in virtutibꝫ ⁊ p̄mijs. volens dicere ꝙ ſi attēdimus ad eū ſ. p̄. imitādo ip̄m in iſtis: ipſe dn̄s benedicet nobis: ⁊ multiplicabit nos in virtuoſis meritis ⁊ glorioſis p̄mijs. Cūq; migrabimꝰ ab hoc ſeculo portari faciet animas noſtras ꝑ angelos ſicut portauerunt animā illius Lazari de quo habetꝛ Luce.xvj. in ſinū abrae. id eſt in requiē ſempiternā. Quā nobis ipſe cōcedere dignetꝛ ⁊c̄. Amē.

## Sermo II De eodem

Ieſus autē tranſiens abſcondit ſe ⁊ exiuit de templo. Iohā. viij. ¶ In hac ſolēni dominica que dicitꝛ de paſſione. in qua eccleſia incipit paſſionē dominicaꝫ recolere. quod etiā cōtinuat deinceps vſq; ad feriā ſextā in paraſceue. in qua fuit dn̄s mortuꝰ: recolit eadē eccleſia effectū principaleꝫ dn̄ice paſſionis qui fuit redēptio humani generis. ⁊ quoſdā etiam alios ſaluti hominū oportunos. Inter iſtos aūt effectꝰ quidā fuerunt ⁊ ſunt corꝑales: ⁊ quidā ſpirituales. Corꝑalis autē effectus ē punitio ⁊ flagellatio peccatorum in hac vita. Iudei em̄ ꝓpter peccatum grauiſſimū qd̄ fecerūt procurando mortē xp̄i puniti fuerunt ⁊ flagellati duriſſime: ipſo ordināte ꝑ romanos ip̄os trucidātes. ⁊ ciuitatē ipſoꝝ ac templū deſtruētes ⁊ multos de ipſis captiuātes que quidē captiuitas adhuc durat. Unde ī ſignū huiꝰ qd̄ erat futurum in ꝓrimo Ieſus abſcōdit ſe ⁊ exiuit de templo. ſicut dicit ꝓpoſitū verbū. Tūc enim quaſi abſcondit potentiā ſuā ab eis ⁊ ſubtraxit eis ſuaꝫ aſſiſtentiā tradens ip̄os in manus romanoꝝ. et hoc totū meruit ꝓpter peccatū grauiſſimū in morte xp̄i cōmiſſuꝫ. Idē etiā dico de malis xp̄ianis q̄ quoniam ſunt ingrati tāto dei beneficio: iteꝝ ip̄m crucifigētes ⁊ p̄parātes crucifixionis ſue cauſam: que fuit peccatū: id̄ flagellat eos temporaliter īterdū ⁊ ꝑmittit eos ab alijs flagellari. vn̄ tūc q̄ꝛ nō videtur curare de ip̄is quaſi abſcōdit faciē ſuā ab eis: ſuāq; aſſiſtentiaꝫ ſubtrahit ip̄is: ꝑmittens eos multipliciter tribulari Et hoc interdū fit ꝓpter ingratitudinē: q̄ꝛ tantum beneficiū nō recognoſcunt. Chriſtus em̄ multū cōqueritur d̄ iſta ingratitudine: ⁊ magis ꝓpter ip̄aꝫ planxit q̄ꝫ ꝓpter dolores quos ſuſtinuit. Unde dicit quidā hominibus loquēs in ꝑſona xp̄i ī cruce pendentis. Uide inquit homo

quid ꝓ te patior. vide plagas qui
bus afficior. ⁊ cuȝ ſit tãtus dolor
exterior: grauior eſt tñ planctꝰ in
terior: tã ingratũ cum te experior.
Effectꝰ aũt ſpũalis reſpiciẽs in
tus aĩam eſt ſubtractio gr̃e. quaȝ
interdũ ꝓpt̃ iſtã ingratitudinẽ ſub
trabit eis xp̃s. Vñ in ſignũ huiuſ
ieſus abſcõdit ſe ⁊ exiuit de tẽplo
ſicut dicit ꝓpoſitũ verbũ de euãge
lio iſtiꝰ diei ſumptũ. manifeſte in/
nuens ꝙ ꝓpter iſtã ingratitudinẽ
abſcõdit ſe ⁊ exit de templo. id ẽ. d
animabꝫ ipoꝝ nolẽs ĩ eis habita
re ꝑ gr̃am. quaꝝ tñ q̃libet eſt eiuſ
templũ ſpũale. A Accipiẽdo
igit̃ v̾ba iſta ſm ſpũalẽ ĩtelligẽtiã
⁊ accipiẽdo tẽplũ ꝓ aĩa hoĩs. In
iſtis v̾bis ſatꝫ euidẽter tãgit tria.
ſcȝ Perfectionẽ hũane nobilita/
tis. Diuiſionẽ g̃tioſe ſocietatis.
Et amiſſionẽ delicioſe claritatis.
Accipiẽdo igit̃ v̾ba iſta ſic. De tẽ/
plo exiuit ieſus ⁊ abſcõdit ſe. Pri
mo tãgit ꝑfectiõȝ hũane nobilita
tis ĩ tẽpli ꝯditõe cũ dic̃. De tẽplo.
Magna ẽ nobilitas aĩe hoĩs q̃ ẽ
templũ dei. in q̃ ip̃e vult habitare
Vñ dixerũt illi ſic̃ habet̃. ij. Ma/
chab. xiiij. Tu dñe vniuerſoꝝ qui
nullꝰ ĩdiges voluiſti tẽplũ habi/
tatõis tue fieri ĩ nob̃. Magna igi
tur ẽ ꝑfectio hũane nobilitatis et
ml̃tũ deberet honorari: iſtudqȝ tẽ
plũ a pollutõe p̄ſ̃uari ne ip̃e deuſ
ab ip̃o fugaret̃ Scđo tãgit diui
ſionẽ g̃tioſe ſocietatꝫ ĩ xp̃i egreſſio
ne: cũ dic̃ ꝙ exiuit ieſus d iſto tem
plo. Gratioſiſſima ſocietas ẽ ĩter
deũ ⁊ hoĩem q̃ȝdiu hõ ẽ ĩ ſtatu g̃/
tie ⁊ ſine pctõ mortali. Et bñ grati
oſa ſocietas. qꝛ cũ tali hoĩe ſꝑ deꝰ
vadit. in eo habitat. dormit ⁊ pul
ſat ⁊ cum ipſo cenat. ipſiqȝ aſſiſtit.
ip̃mqȝ iuuat ⁊ ꝓtegit. Sȝ iſta gra
tioſa ſocietas rũpit̃ ſtatim cuȝ hõ
pctm̃ mortale cõmittit. Chriſtꝰ eĩ
ſꝑ ſepat̃ ab eo ⁊ r̃manet miſer pec
cator ſolꝰ. ⁊ tñ ſcribitur ꝙ ve ſoli.
Reuera deꝰ ip̃e ꝓpt̃ iſtũ exituȝ q̃ſi
dolet ⁊ amaricat̃. In ſignũ cuiꝰ dr̄
Mat. xiij. ꝙ ieſus exiẽs d domo
ſedebat iuxta mare. Cũ eĩ xp̃s exit
de domo ſpũali hoĩs. i. de aĩa ſua
ꝓpt̃ pctm̃: ſedet iuxta mare. qꝛ q̃ſi
dolet ⁊ amaricat̃ ꝯſiderãs ꝙ ideo
ip̃e ſenſit ⁊ ſuſtinuit amaritudinẽ
paſſionis vt in iſta domo ſemper
habitaret. Tertio tangit amiſ/
ſionẽ delicioſe claritatis in lucꝫ ab
ſconſione. Reuera q̃ȝdiu homo ẽ
in ſtatu gratie: deus tenet ad ho/
minẽ faciẽ ſuã ꝯuerſam. ⁊ tunc vi
det hõ claritatẽ ſpũalẽ ꝑ quaȝ co/
gnoſcit ea q̃ ſunt ſaluti neceſſaria
Et reuera iſta claritas ml̃tũ ẽ de/
litioſa. Et idcirco dic̃ ꝓpħa in pſ̃.
Oñde nob̃ faciẽ tuã ⁊ ſalui erimꝰ.
Sȝ ſtatim cũ hõ cõmittit peccatũ
mortale: occultat̃ iſta claritas: et
abſcõdit̃ a pctõre diuina claritas
⁊ remanet miſer peccator nõ ſolũ
ſolꝰ. verũ etiã ĩ tenebris ⁊ vmbra
mortis. Unde dicit̃ Eſa. lxiiij. ĩ ꝑ/
ſona pctõꝝ dño. Abſcõdiſti faciẽ
tuã a nob̃ ⁊ alliſiſti nos. ſp̃. ſbtra
hẽdo nob̃ claritatẽ tuã. ⁊ h̃ in ma
nu. i. ĩ merito iniq̃tatꝫ nr̃e. Freq̃n/
ter etiã ꝓpter pctã aliquorum de/
us etiam flagellat viros iuſtos. ⁊

quaſi abſcōdit faciē ſuā ab eis et
hoc eſt qꝺ multi formidāt iuſti
hoīes qꝛ ꝓpter flagella tꝑalia in/
terdū frangunt̄ ꝑ impatientiā et
cōmittūt pctā. Et de iſta flagellati
one tꝑali ſctūs iob ꝯquerit̄ deo in
ꝑſona hoīs iuſti. dicēs Job. xiij.
Cur faciē tuā abſcōdis ꝛ arbitra/
ris me inimicū tuū. Contra foliū
qꝺ a vēto rapit̄ oñdis potentiam
tuā ꝛ ſtipulā ſiccā ꝑſeq̄ris. Poſt
modū orat ꝺo dicēs Recede pau
lulū ab eo vt q̇eſcat ꝛc̄. Sic igitur
in hoc verbo tāgunt̄ tria. Quo
rū ṗmū eſt om̄i hoī multū hono
rabile. vicȝ. ꝙ aīa eius ſit dei tem/
plū. Scꝺm eſt ꝓ om̄i pctōre mul
tū lamētabile. vicȝ. ꝙ xp̄s exeat de
aīa eius. q̄ eſt tēplū dei. Tertiū
eſt ꝓ om̄i viatore tam iuſto q̄ȝ in/
iuſto multū formidabile. ꝓpter il/
la q̄ ſtatiȝ dicta ſunt de tꝑalibꝫ fla
gellis: dicit igitur. De templo exi/
uit ieſus ꝛc̄. B Circa primū
vbi tangit̄ ꝑfectio humane nobi/
litatis in templi cꝯditione: in hoc
ꝙ homo dicit̄ templū dei. cū dici
tur De templo. Sciendū ꝙ iſtud
templū ſpūale qꝺ eſt homo: ſpeci
aliter ſc̄m aīam: eſt a deo ſolo edi/
ficatū. ex quo habet ſtabiliorē fir/
mitatem. Ab ip̄o etiam ſolo dedi
catū. ex quo etiā habet celebriorē
auctoritatē. Ab ip̄o etiā ſolo exor/
natū. ex quo habet ꝑfectiorē ſctita
tem. Ab ip̄o ſolo expiatū ex q̄ ha/
bet placidiorē amenitatē. Dico
ṗmo ꝙ iſtud templū. qꝺ eſt aīa
rōnalis. eſt a ſolo deo edificatum
ex quo habet firmiorē ſtabilitatē.

Solus em̄ dei filius vna cū pa/
tre ꝛ ſpūſancto edificat iſtud tem/
plū. qꝺ eſt anima humana. Edi/
ficatur em̄. i. creatur. Solus autē
deus creat. vnde dico ꝙ iſtud tē/
plum per figurā eſt illud qꝺ edifi
cauit ſalomon. i. dei filius inq̄ȝtū
deus. de quo habet̄. iij. Regū. vj.
Ip̄e etiā per figurā ille vir cuius
nomen eſt oriens. de quo dicitur
Zacharie. vj. Ecce vir oriens no/
men eius: ip̄e extruet templū do/
mino. Et bene oriēs. ip̄e em̄ eſt il/
le de quo dicitur Luc̄. j. Uiſitauit
nos oriens ex alto. Ex hoc igit̄ ꝙ
eſt a ſolo deo edificatū habet fir/
miorē ſtabilitatē. eſt em̄ hoc tēplū
ſemꝑ manens. quia aīa hoīs eſt
incorruptibilis. ꝓpter hoc dicitur
templū ſanctū. i. firmū. ꝓpha enim
dicit deo in Pſ̄. Sanctū eſt tem
plū tuū. i. firmū ꝛ ſemꝑ manens.
Hoc em̄ eſt illud ſanctuariū de q̄
dicitur Exo. xv. Sanctuariū tuū
dñe qꝺ firmauerunt manus tue.

Dico ſecūdo ꝙ hoc templū eſt
a ſolo deo dedicatū ꝛ ꝯſecratum
ex quo habet celebriorē auctorita
tē. Uidem⁹ em̄ ꝙ iſta tēpla mate/
rialia tunc habēt maiorē auctori/
tatē qñ ſunt ꝑ ep̄os ꝯſecrata. mul
to fortius iſtud templū debet eſſe
magne auctoritatis. ꝛ debet ſua/
ri in ſūma reuerētia. Dedicatio au
tem iſtius templi fuit figurata ꝑ
tēpli ꝺdicationē factā ſub ſalomo
ne. de q̄ habet̄. iij. Reg. viij. De q̄
etiā tēplo dicit ip̄e de⁹. iij. Reg. ix
Sanctificaui domum hanc quā
edificaſti ꝛc̄. Fuit etiam figurata

per dedicationē factā ſub Eſdra z
Neemia. de qua. j. Eſdre. vj. Hoc
eſt ꝑ figurā illud tabernaculū de
quo dr̄ ī pš. Sanctificauit taber
naculū ſuū altiſſim⁹. Tertio di
co ꝙ iſtud templuꝫ eſt a ſolo deo
exornatū ex q̊ habet ꝑfectiorē ſan
ctitatē. Exornatū dico dei imagi/
ne. q̄ ꝯſiſtit in vnitate eſſentie z tri
nitate ꝑſone. ꝑ quā imaginem ca
pax dei z ꝑticeps eſſe pōt. ſꝫm Au/
gu. Exornatū etiā dei ſimilitudīe
q̄ ꝯſiſtit in vnitate grē z trinitate
ꝟtutum. ſ. fidei. ſpei. z charitatis.
Hoc eſt illud tēplū ꝑ figurā de q̊
dr̄. iij. Re. vj. ꝙ nihil erat in tēplo
qd̾ nō tegeret̃ auro. Auro. ſ. chari
tatis. qd̾ vtiqꝫ veꝝ ē ſtatim cū hō
eſt ꝑ baptiſmū renat⁹. Ex hoc di/
co ꝙ h̾ templū a ſolo deo exorna
tū eſt ꝑ ꝑfectiorē ſanctitatē Tēplū
dei ſanctū eſt (dic̄ apl's. j. ad Cho
rinth. iij) qd̾ eſtis vos. ſpālıter ſꝫm
aīam. Et dico ꝑfectiorē ſanctitatē
que nō ſolū manet in ipa aīa: ſed
etiā redūdat in corp⁹ Vn̄ dic̄ apo
ſtol⁹. j. ad Chor̄. vj. Mēbra vr̄a
templū ſunt ſpūſſcı̄. E Dico
quarto ꝙ iſtud tēplum eſt a ſolo
deo expiatū. ex q̊ habet placidiorē
amenitatē. Hoc ē illud tēplū ꝑ fi/
guram qd̾ purgauit iudas. De q̄
purgatiōe habet̃. ij. Machab. x.
Hoc etiā eſt illud templū de quo
ꝑ figurā eiecit ieſus oues z boueſ
colūbas etiā z numularios. de q̊
ſupra fuit dictū in illo ſꝫmōe Sol
uite templū h̾. Cū eñ tēplū iſtud
eſt ꝓphanatū z pollutū ꝑ peccatū
purgari nō pōt nec expiari nec ab

ipſo poſſunt eijci peccatorum im
mūdicie: niſi ꝑ ſolū xp̄m q̄ ſuo ſā
guine emūdat ipm̄. vt dictuꝫ fuit
heri ī epiſtola. ꝙ ſanguis ei⁹ emū
dat cōſciētias noſtras ab opibus
mortuis. i. a peccatis. ad ſeruien/
dū deo viuēti. ad Heb. ix. Proch
dolor iſtō tēplū nobiliſſimū pec/
catores violant: polluūt: et ꝓpha/
nant immūdicijs z abominatōi/
bus pctōꝝ. Vn̄ frequenter in iſto
tēplo eſt abominatio deſolatiōis
De qua dr̄ Dan̄. ix. Ponūt ei pec/
catores in iſto tēplo idola ſua. i. ꝑ
ſuas viles cogitatōes: mulieres z
z alia vilia facta. ſicut ille manaſ/
ſes poſuit idolū luci in tēplū dn̄i
ſicut habet̃. iiij. Re. xxj. Vn̄ ꝑ figu
ram eſt templū illud de quo dici
tur. ij. Mach. vj. ꝙ erat plenū lu/
xuria z comeſatiōibꝫ. Sepe enim
pctōres de aīa ſua q̄ eſt tēplū dei
viui ſꝫm apl'm. ij. ad Cho. vj. faci/
unt templū baal. de q̊ dr̄. iiij. Re.
xj. z in pluribꝫ alijs locis. Baal i/
terp̄tatur vir hians vl' deuorator
z ſignificat aīam homīs guloſi:
crapulis z ebrietatibꝫ dediti. Se
pe etiā faciūt templū dei viui tem
plū dagon. de quo dr̄. j. Regū. vj
Dagon eñ interp̄tat̃ piſcis mero
ris ſeu triſticie. aut piſcis iniqu⁹.
z ſignificat animā hoīs inuidi et
iracūdi q̄ ꝓpt̃ inuidiā z iracūdiaꝫ
ſemꝑ eſt in merore z triſticia ꝓpt̃
bona ꝓximoꝝ. Vn̄ in illis ſbmer
gitur ſic̄ piſcis in aq̄. ac ꝑ h̾ eſt ini
quus. Nō eñ eſt maior iniq̄tas
q̄ꝫ inuidere ꝓximis z triſtari d̾ bo
nis ipſoꝝ. Sepe etiā faciūt iſtud

templū dei templū aſtaroth. De
quo habetur.iiij. Reg.xxiij. Aſta/
roth eniꝫ interp̄taṫ cubile ſeu pre/
ſepia. ⁊ ſignificat animā hominiſ
impudici ⁊ lubrici. qui ſemp̱ ē de
ditus cubilibꝫ ⁊ īpudicicijs. Se
pe etiā faciunt iſtud templū dei tē
plum neſrach. De quo habeṫ Eſa
ie.xxxvij. Neſrach enim interp̄taṫ
exaltatio inutilis. et ſignificat ani
mā hominis ſuperbi. cuius cor ī
utiliter exaltatur. De iſtis oīibꝫ
cōqueritur ꝓpheta in pſ̄. dicens.
Polluerūt templū ſanctū tuum.
O deus meus quot ſunt qui ne/
gligunt honorē huiꝰ templi. et q̇
adorant creaturas de quibꝫ deū
ſuum faciūt: habentes dorſa ſua
contra templū. id eſt nō curantes
de honore templi qđ eſt in ipſis.
Sic̄ diciṫ per figurā de illis Eze/
chieḱ. viij. Ergo ꝓ đo templū iſtđ
dei qđ eſt intra nos honoremus
⁊ nō polluamus ip̄m. Quia apo
ſtolus dicit. j. ad Chorinth. iij. ꝙ
ſi quis templū dei violauerit: di/
ſperdet illū dominꝰ. Et ſi ꝯtingat
ꝙ aliquando polluaṫ per pecca/
tum: recurramus p̱ verā peniten/
tiam ad illū ſolū qui purgare po
teſt. id eſt ad dominū Jeſum chri
ſtum. De quo diciṫ Apocalipſ. j.
ꝙ dilexit nos ⁊ lauit nos a pecca
tis noſtris ī ſanguine ſuo. Et cer/
te illa lotio adhuc habet efficaciā
⁊ habebit vſqꝫ ad finem mundi.
Unde dicitur. j. Joh. j. ꝙ ſanguiſ
Jeſu chriſti filij dei emūdat nos
ab omni peccato. D Circa ſe
cundū vbi tāgitur diuiſio gratio

ſe ſocietatis que eſt inter deum ⁊
hominem qꝫdiu eſt ſine peccato.
Que quidē ſocietas rumpitur ſta
tim cuꝫ homo cōmittit peccatum
mortale. Per peccatū perdit ho/
mo optimū ⁊ fideliſſimū ſocium
quo perdito miſer homo rema/
net totus ſolus. Unde in ſignuꝫ
huius ꝙ per peccatū chriſtuſ exit
de templo. id eſt de anima ipſe ex
iuit de templo materiali propter
peccatū iudeorum. Jeſus inquit
exiuit de templo. Sciendū autē
circa exitum ꝙ ipſe exiuit In fo/
rum eccleſie ad liberalē vocatio/
nem. In locum diſcipline ad ſa
pientialem eruditionē. In cam/
pum pugne ad virtualē congreſſi
onem. Exit autē de templo ani
me ꝓpter criminalē tranſgreſſionē
Dico p̊mo ꝙ ieſus exiuit in fo/
rum eccl̄ie ad liberalē vocationē.
Ipſe enim eſt ille de q̄ dic̄ Mat.
xx. ꝙ exiuit p̊mo mane conducere
operarios in vineā ſuā. ipſe vere
qui exiuit de deo p̄re p̱ eternā ge/
nerationeꝫ exiuit p̊mo mane. i. in
mūdi p̊ncipio. vł p̊mo māe. i. ī ec/
cleſie initio ꝯducere op̱arios ī vi/
neā ſuā. i. ī eccl̄iaꝫ ſuā. Cuiꝰ vinee
tot ſūt vites q̄t ſūt hoīes boni. Et
ꝓmiſit cuilibꝫ fideli op̱ario q̄ ope
rareṫ ī vinea ſua. ſ. eccl̄ie bn̄ viuen
do. bn̄ docēdo. ⁊ exēpla ſctitat̄ oñ
dēdo; denariū diurnū. i. et̄nā bn̄/
dictōꝫ q̄ ē illa merces đ q̄ pī dixit
xp̄o. vt habeṫ ī eodē. c. voca op̱ari
os ⁊ redde illis mercedē. Ad h̄ eī
dei filius q̄ dic̄ Joh. xvj. Exiui a
patre ⁊ veni in munduꝫ. Ad hoc

dico exiuit ꝑncipalr̃:vt hoïes ſtā
tes ocioſos ⁊ nihil boni oꝑantes
vocaret ⁊ ꝯduceret ad laborādū
⁊ oꝑandū ī vinea ſua.ſ.eccl'ie. vel
in vinea ſua.ſ. iuſticie Cuius ſm
Criſoſt.tot ſūt vites q̃t ſūt ꝟtutes
Scḋo exiuit in locū diſcipline
ad doctrinalē eruditiōeꝫ.ip̃e em̄ ē
ille de q̊ ip̃e dicit Luc.viij. Exijt q̇
ſeminat ſemīare ſemē ſuū. Ad h̄
em̄ ip̃e qui a patre exiuit ⁊ venit
in mundū.vbi ſupra.exiuit vt ſe-
minaret ⁊ impleret orbē p̃cioſo ſe
mine.qḋ eſt verbū dei Luce.viij.
Iſtius aūt ſeminis (ſicut ip̃emet
dicit in ea dē ꝑabola. vbi ſ̃.) vna
pars cecidit ⁊ adhuc cadit ſecus
viam.i.in cordibꝫ ſuꝑboꝝ.q̃ ſunt
demonuꝫ ſuggeſtionibꝫ ꝑuia. Et
iſta ꝑs nō fructificat.qꝛ volucres
celi (ſicut ip̃e dicit) deuorant illaꝫ.
Tollūt em̄ demōes ꝟba de cor-
dibus ſuꝑboꝝ:ne credētes ſalui
fiant. Quedā aūt ꝑs cecidit ⁊ ad
huc cadit ſupra petrā.i.ſuꝑ corda
hominū ꝑtinaciū. que nō cedunt
diuino tactui.nec cōpatiunṫ ſuis
ꝓximis ꝓpter ſuā duriciā ⁊ immi-
ſericordiā. Nec iſta etiā fructificat
qꝛ em̄ humorē non habet.ſp̃.gr̃e
radices nō mittit:ꝓpter qḋ ſtatim
exiccaṫ. Quedā autē cecidit ⁊ ad-
huc cadit inter ſpinas.i.ſuꝑ cor-
da cupidoꝝ ⁊ mūdanoꝝ hoīum
q̄ a diuitijs ſeculi ⁊ inordinatis
ſollicitudinibꝫ tāq̧ꝫ a ſpinis pun-
gunṫ ⁊ laceranṫ.⁊ iſta etiā nō fru-
ctificat.qꝛ exorte ſpine ſuffocāt il-
lam. Quarta ꝟo ꝑs cecidit ⁊ ad
huc cadit ī terrā bonā.i.ī corda iu

ſtoruꝫ ⁊ deuotoꝝ hominū. ⁊ iſta
ſola fructificat. Et aliqñ facit fru
ctū triceſimū:ſicut in iſtis nuben
tibꝫ. Aliqñ ſexageſimū: ſicut ī pe-
nitētibꝫ ⁊ viduis. Aliqñ ꝟo cente
ſimū:ſic̄ in ꝟginibꝫ ⁊ inocētibus
Exiuit ḡ xp̄us ad ſemiandū ſemē
doctrīe ſalutifere.i.verbū celeſtis
ſapīe. Qḋ quidē ſemē ſic̄ dictū eſt
interdū fructificat:ſed in pluribꝫ
ꝑdiṫ.ſed h̄ nō eſt ꝓpter defectū ali
quē ex ꝑte ſemīantis:ſꝫ ꝓpter indiſ
poſitionē ṫre.i.cordiū ſuꝑ q̄ cadit
C Tertio dico ꝙ exiuit ieſus in
campū pugne ad virtualē cōgreſ-
ſionē. Ante aduentū em̄ xp̄i dya-
bolus ꝑncipabaṫ mūdo.⁊ in pa-
ce homīes poſſidebat: qꝛ omnes
ꝓ maiori ꝑte erāt pctōres.ſꝫ dei fi
lius q̄ eſt ille fortior ſuꝑueniens
⁊ armat⁹ hūanitate nr̃a in campū
pugne exiēs debellauit ip̃ꝫ.vñ ip̃e
dixit ſic̄ habeṫ Iob.xij. Nunc ꝑn-
ceps mūdi huius eijcietur foras
Unde ip̃e in campum exiens.i.in
mundum ad pugnandū eiecit il
lum de mundo.⁊ abſtulit illi ele-
ctos oēs quos poſſidebat. Ipſe
enim chriſtus eſt ille de quo diciṫ
Apoca.vj. Uidi (dicit iohānes) ⁊
ecce equus albus: ⁊ qui ſedebat
ſuper eum habebat arcū. ⁊ data
eſt ei corona: ⁊ exiuit vincens vt
vinceret. Iſte equus albus ſigni-
ficat xp̄i corpus ab omni pctō im
mune. Seſſor aūt iſtius equi eſt
ipſi⁹ xp̄i aīa.q̄ ſedebat ſuꝑ corp⁹
ſuū.qꝛ ſibi ī oībꝫ corp⁹ ſuū obedie
bat. Hic ſeſſor habebat in manu
ſua.id eſt in poteſtate ſua.arcū.ſcꝫ

eſt libertatē faciēdi iudiciū ⁊ iuſti
ciam. Et data eſt ei corona. ſcꝫ vni
uerſalis dominij. Sed qd: Seſ/
ſor iſte cū equo ſuo. id eſt aīa chri
ſti cū ſuo corꝑe exiuit. ſup̄. ad pu/
gnandū cū demone mūdi huius
poſſeſſore. Exiuit dico vincēs. ſp̄.
ip̄m: vt vinceret carnē ⁊ mundū ⁊
etiā mortē. Dicit em̄ apoſtolus. j.
Chorin. xv. ꝙ abſorpta eſt mors
in xp̄i victoria. Quarto dico ꝙ
xp̄s qui ad iſta exiuit ꝓ ſalute ho
minū: exit de templo aīme ꝓpt̄ cri
minalē tranſgreſſionē. Dictuꝫ eſt
ſtatim ſuperiꝰ ꝙ nihil eijcit xp̄m
de tēplo aīme niſi ſolū pctm̄ mor
tale. Unde in ſignū huiꝰ ip̄e ꝓpter
peccata ⁊ maliciā iudeoꝝ exiuit d̄
templo. Exiuit inquit ieſus de tē/
plo. Ipſe em̄ eſt ꝑ figurā ille āge/
lus de quo dicit̄ Apoc̄. xiiij. ꝙ ali
us angelꝰ exiuit de templo. Et ſi/
gnāter dicit alius. q: differt ab oī
alio angelo ī infinitū. Si nos ve
limus illud qd̄ om̄ino velle debe
mus ꝙ xp̄s nō exeat de tēplo ani
me noſtre. ſed ꝙ in ipſo ſꝑ mane/
at. oportet nos oꝑari fidelit̄ ī ſua
vinea. q: de quolibet noſtrū ī p̄s.
dicit̄. Exibit homo ad opꝰ ſuū ⁊ c̄
Ergo dū tꝑs habemꝰ (ſicut dicit
apl'us ad Gal'. vj) oꝑemur bonū
ad oēs Oportꝫ etiā ꝙ ſuſcipiamꝰ
ſemē eiꝰ ī bona terra. i. in deuota ⁊
fideli aīa. De tali enī dicit̄ Lu. viij
Qui verbū dei retinet ⁊ fructū af
fert ī patiētia. Oportet etiā ꝙ viri
liter p̄liemur in hoſtili pugna. q:
ſi qd̄ in nobis eſt faciamꝰ: deꝰ ex/
pugnabit ꝓ nobis inimicos no/
ſtros. Ecc̄i. iiij. dicit̄ cuilibet nr̄m.
Uſqꝫ ad mortē certa ꝓ iuſticia: et
deꝰ ꝓ te expugnabit inimicos tu/
os. Oportet etiā ꝙ vitemꝰ omne
pctūm mortale ī tota p̄ſenti vita.
q: exiſtēte pctō in aīma: chriſtꝰ nō
poſſet in ea manere. Ad hoc enim
hortatur nos ꝓpheta Eſa. lij. dicēſ
om̄ibꝫ. Recedite. recedite. exite in/
de. pollutū nolite tāgere. id eſt pec
catū. qd̄ animā pollutā reddit. et
ſi cōtingat nos ꝓpter infirmitateꝫ
aliquod peccatū mortale cōmitte
re: inde ſtatim exeamꝰ ꝑ veraꝫ pe
nitentiā. Deus em̄ pater dixit xp̄o
ſicut habet̄ Eſa. xlix. Seruaui te
vt diceres his qui vincti ſunt exi/
te. Uincti dico pctōꝝ vincul'. Apo
ſtolus etiā dicit ad Heb. xiij. Exe/
amus ad eū. id eſt ad dn̄m ieſum
chriſtū extra caſtra id eſt extra om
nia peccata. ⁊ exeamꝰ portātes im
properiū eius. ſp̄. xp̄i. vt portemꝰ
in noſtris corꝑibꝫ ⁊ etiā in cordi/
bus ꝑ veraꝫ penitentiā ſtigmata
xp̄i. Exeamus ergo chariſſimi ab
iſtis caſtris. id eſt a peccatis q̄ ſūt
caſtra diaboli. Quia vt d̄r Mat.
xiij. In fine mūdi exibunt angeli
⁊ ſeparabūt malos de medio iu/
ſtorū ⁊ mittēt eos ī caminū ignis
q: ad h̄ erit diuīe iuſticie ſentētia.
Tūc ei ſic̄ d̄r Zach. ix. exibit vt ful
gur iaculū dei. i. iuſta ſnīa dei īter
ficiēs malos. ¶ Circa tertiuꝫ
vbi tāgit amiſſionē delicioſe cha/
ritatꝭ ī lucꝭ abſcōſiōe cū d̄r. Et ab
ſcōdit ſe. Eſt ſciēdū ꝙ xp̄s abſcon
dit ſe a pctōribꝫ q̄drupl'r. vicꝫ Sb
tractōe gr̄ificātꝭ īfluētie Occl'tatōe

regulãtis ſapīe. Dilatiõe confor
tãtis potẽtie Et executiõe finalis
ſnīe. Primo dico ꝙ abſcondit
ſe a pctõꝛib⁊ ſubtractõe gratificã/
tis influẽtie.i.grẽ dei.quã de⁹ hoī
nõ ſubtrahit niſi ꝓpꝫ pctm̃.ꝑ quã
ſubtractionez dꝛ deus faciẽ ſuam
abſcõdere pctõꝛi.De h̃ dicit ꝓpħa
Eſa.lix.Iniqtates vr̃e diuiſerunt
inter vos ⁊ deũ veſtrũ.⁊ pctã vr̃a
abſcõderũt faciẽ ei⁹ a vob̃ ne vos
exaudiret.Peſſima ẽ ꝓ hoīb⁊ iſta
ſubtractio ad quã ſequiꝛ diuīe fa
ciei abſcõſio.Et ad iſtã ſeqꝛ ꝙ de
us nõ exaudit hoīem ad meritũ
vite eterne.Iob.ix.De⁹ pctõres ñ
exaudit. Dico ſcd̃o ꝙ de⁹ abſcõ
dit faciẽ ſuã a pctõꝛib⁊ occultatõe
regulãtis ſapīe:Occultat em̃ de⁹
malis hoīb⁊ claritatẽ ſue ſapīe.ꝑ
quã regulãꝛ hoīes in via dei:ſine
qua oīs hõ eſt ī erroꝝ deuio et in
ꝑiculo morꝭ eterne.De iſta abſcõ
ſione dꝛ Iob.xxxiiij.Ex q̃ deus ab
ſcõderit vultũ ſuũ.i.ſuã ſapīam.ꝑ
quã ip̄e cognoſciꝛ:ſicͨ hõ cognoſci
tur ꝑ vultũ.q̇s eſt q̇ ↄtẽpleꝛ eũ.i.q̇
cognoſcat de ip̄o aliq̇d ſaluti ne/
ceſſariũ.q.d.null⁹. Quis ſapienſ
(dꝛ ī pſ̄)⁊ cuſtodiet hec.ſ.ſaluti ne
ceſſaria.⁊ intelliget miſericoꝛdias
dñi.q.d.null⁹ niſi q̇ eſt ſapiẽs ſa/
piẽtia celeſti. Abſcõdit ḡ deus ſic
vultũ ſuũ.i.ſapīaz ſuã a pctõꝛib⁊.
Uñ veꝝ ẽ qd̃ dꝛ Iob.xxxvj.d̃ deo
ꝙ ī manib⁊.i.in mal' ⁊ impijs ho
minib⁊ abſcõdit lucẽ Tertio di
co ꝙ deus abſcõdit ſe a pctõꝛib⁊
dilatione ſeu ſuſpẽſione ↄfortãtiſ
ſeu liberãtis potẽtie.Sepe em̃ de

us ꝓpter pctã hoīes peccatores ⁊
interdũ iuſtos hoīes flagellat in
hac vita ⁊ ſuſtinet ꝙ flagellẽtur ꝑ
alios ꝓpter pctã vl' etiã ꝓpter aliaſ
cauſas.Et intantũ flagellat eos ⁊
ꝑmittit flagellari ꝙ videꝛ eos de
reliquiſſe.ſicut dicit xp̄s de ſeipſo
Matth.xxvij.Deus me⁹ de⁹ me
us vt q̇d dereliq̇ſti me. Uidebaꝛ
em̃ de⁹ pr̄ ip̄m dereliquiſſe tradẽſ
ip̄m in man⁹ pctõꝝ.Tũc ei abſcõ
ditur de⁹ ab hoīb⁊ qꝛ ſuſpẽdit ad
tꝑs potentiã ſuã.⁊ differt ad tem/
pus liberare eos.De h̃ exponiꝛ il
lud Abacuc.iij.ibi.i.in tribulatio
nib⁊ hoīm.p̄cipue iuſtoꝝ: abſcõ/
dita eſt foꝛtitudo ei⁹. Qua quidẽ
abſcõdita añ faciẽ eius ibit moꝛs
dicit ꝓpheta.Egredieꝛ diabol⁹ añ
pedes ei⁹:ſtetit ⁊ mẽſus eſt terraz
Abſcõdita ei foꝛtitudine dī:moꝛſ
⁊ diabol⁹ vadũt ad affligendum
hoīes terrenos ⁊ metiunꝛ eos.id
eſt virtutẽ ⁊ patiam eoꝝ. Sic em̃
abſcõdit faciẽ ſuã a iudeis:freq̃n/
ter tradens eos in manus aſſyri/
oꝛum:caldeoꝝ:⁊ romanoꝝ.⁊ ſu/
ſpendit ad temp⁹ potentiã ſuã. et
diſtulit ⁊ adhuc differt. In cuiuſ
ſignũ ⁊ hic diciꝛ Abſcondit ſe ab
eis. ¶ Quarto dico ꝙ abſcõ
dit ſe deus a peccatoꝛib⁊ ⁊ abſcõ/
det ſe in die iudicij:executiõe con/
demnãtis ſnīe. In die em̃ iudicij
totaliter abſcondet ſe ab eis q̃ztũ
ad miſericoꝛdiã: dicens eis illud
Matth.xxv.Diſcedite a me male
dicti.Et abſcõdet totaliter q̃ztum
ad miſericoꝛdiã:niſi ꝙ citra cõdi
gnũ puniet eos.De hoc exponiꝛ

illud quod dicit deus pctōribus
Deut.xxxij. Abſcondā faciē meā
ab eis.ſ.a reprobis:cōdemnan-
do eos ⁊ ſniam executiōi deman-
dando.⁊ ꝯſiderabo nouiſſima.i.
vltima eoꝝ ſupplicia que erūt icō
parabiliter ṗoꝛibus peioꝛa. O q̄̃
grauis eſt iſta abſconſio ꝓpť quā
vt ipām euadat dicit ſanctꝰ Job:
ita dicēs deo Job.xiiij. Quis mi
hi hoc tribuat vt abſcondas me.
ſ.p̄.pallio tue miſicordie: donec ꝑ
tranſeat furoꝛ tuuſ. id eſt iuſticia
tua q̄ apparebis q̄ſi furioſus ꝯtra
reproboſ ipōs cōdemnādo. Cer
te qui vult euadere iſtā abſconſi-
onem:opoꝛtet ꝙ ipē abſcōdat ſe.
Opoꝛtet em̄ ꝙ abſcondat ſe in v̄
tute dn̄ice paſſionis. Unde dicit
cuilibet Eſa.ij. Ingredere i petrā
⁊ abſcondere in foſſa humo a fa-
cie timoris dn̄i. Abſcondi debet
homo in foſſa humo.id eſt i pla-
gis coꝛpis dn̄i.qđ in manibus ⁊
pedibꝰ ꝓpter nos fuit infoſſū. In
illis em̄ foraminibꝰ debent ſe ho
mines abſcōdere cogitātes iugit
de paſſione dn̄i. Ibi em̄ pn̄t eſſe
tuti ab illis auibꝰ īfernalibus ne
capiant ab eis Opoꝛtet etiā ꝙ ho
mo nō abſcondat ſe; occultando
peccata ſua vł excuſando.ſic adā
credidit ſe abſcōdere a facie dei ſi-
cut dicit Gen̄.iij. Itē ꝙ nō abſcō-
dat ſcelera ſua quin ipſa cōfiteat.
quia vt dicit Prouer.xxviij. Qui
abſcondit ſcelera ſua non diriget
Qui autē ea confeſſus fuerit ⁊ re-
liquerit ea:miſericoꝛdiā ꝯſequet.
Opoꝛtet etiā ꝙ abſcondat verba
dei in coꝛde ſuo Job.xxiij. dič In
ſinu meo abſcondi verba oꝛis eiꝰ
Et in pſ̄.dicit ille. In coꝛde meo
abſcondi eloquia tua. Itē opoꝛ-
tet ꝙ nō abſcondat peccata ſua n̄
ſolū q̄̃tum ad cōfeſſionē:ſed etiā
q̄̃tum ad ſatiſfactionē. Unde di-
cit ille iuſtus Job.xxxj. Si abſcō
di quaſi homo peccatū meū. et ce
laui in ſinu meo iniquitatē meā.
q.d.nō abſcōdi, Reuera ſi ſic nos
habeamꝰ in abſcōdendo:deꝰ tan
dem abſcondet nos in abſcōdito
tabernaculi ſui.ſ.p̄.celeſtis. In q̄
guſtabimꝰ de multitudine dulce
dinis ſue. de qua dicit ꝓpheta in
pſ̄.q̄̃ magna multitudo dulcedi
nis tue dn̄e:quā abſcondiſti timē
tibꝰ te. Quā nob ꝯcedat ⁊c̄. Amē.

¶ Feria ſcđa Sermo

## Qui credit

in me:flumina de vētre
eius fluēt aque viue Jo
hā.vij. H Heſterna die in p̄-
mo ſermone actū fuit de ṗncipali
effectu dn̄ice paſſionis qui fuit re
demptio humani generis. ac eiuſ
dem a moꝛte peccati reſuſcitatio.
Diem enim paſſionis dn̄ice vidit
abraā in ſpiritu ante multa anno
rum milia.⁊ gauiſus fuit de ipſa
viſiōe. In ſecūdo aūt ſermōe actū
fuit de quodā ſermone ſecūdario
qui poteſt dici qđammō negati-
uus.ſ.de ſubtractiōe diuine potē
tie ⁊ gratie.que ſubtrahit deus in
p̄ſenti vita peccatoꝛibꝰ ꝓpter igra-

titudinē.quia ſunt ingrati tāto be
neficio.nec ip̄m factis nec oꝑibuſ
recognoſcūt.In iſta ꝟo ſecūda fe
ria ⁊ in qualibet alia totius huiꝰ
hebdomade agit̄ de quibuſdā ef
fectibꝫ affirmatiuis ⁊ poſitiuis.q̊
rum primꝰ eſt infuſio gratie: pro
quolibet credente ac ꝺ peccatiſ pe/
nitente.Et de iſto agit̄ iſta die.vn̄
eccl'ia recitat hodie illud euangeli
um qꝺ ſcribit̄ Joh.vij.et incipit.
Miſerunt ꝑncipes et phariſei mi
niſtros ⁊c̄.In quo dicit̄ ꝙ Jeſus
clamās dixit.Si quis ſitit: veni/
at ad me ⁊ bibat.Qui credit ī me.
flumina ꝺ vētre eius fluent aque
viue.Sequit̄ verbum euāgeliſte.
Hoc aūt dixit.ſp̄.xp̄s.de ſpiritu.
id eſt de gr̄a ſpūſſci.quē acceptu/
ri erāt credētes in eū.Verū q̄ꝫuis
ſpūſſcti gr̄a infundat̄ hominibꝫ
virtute ⁊ merito dn̄ice paſſionis.
adhuc tn̄ requirit̄ vera penitentia
ꝑ quā diſponunt̄ hoīes ad diuīe
gratie ſuſceptionē.Pnia eniꝫ ſm
Chryſ.ſup Matth.cor emundat
ſenſus illuminat.⁊ ad diuinaꝫ ſu
ſceptionē humana ꝑparat precor
dia.Per verā etiā pniam applica/
tur virtꝰ paſſionis dn̄ice diſpoſi/
tiue patiēti.Idcirco legitur hodie
ep'la que ſcribit̄ Jone.ij.⁊ incipit
Factū ē verbū dn̄i ad Jonā ſcꝺo
⁊c̄.In qua dicit̄ ꝙ niniuite q̇ erāt
infideles ⁊ magni peccatores ege
runt penitentiā ad p̄dicatōnē ipiꝰ
ꝓpter quā ⁊ in fine dicit̄.Miſer/
tus eſt dn̄s populo ſuo.Certe mt̄
to fortiꝰ xp̄iani pctōres debēt age
re pniam de pctīs ſuis ad p̄dica/
tionē xp̄i.quā omi die ſctā mr̄ ec/
cleſia refert.Et ꝟe ſicut ip̄e xp̄s di/
cit de ſeipſo.ip̄e lōge plꝰ eſt q̄ꝫ fuit
Jonas hic.Si ꝟo agant verā pe
nitentiā ⁊ dignā: miſerebit̄ eoruꝫ
dn̄s infundēdo eis gr̄am ꝑ quaꝫ
peccata deleant̄.Et cōueniēter ad
ducitur hodie in mediū Jonas.q̇
exp̄ſſe rep̄ntat xp̄m.⁊ q̄ꝫtū ad paſ
ſionē ⁊ q̄ꝫtū ad ſepulturā ⁊ q̄ꝫtuꝫ
etiā ad reſurrectionē.Sic em̄ Jo
nas fuit a vētre ceti deuoratꝰ.⁊ in
ip̄o māſit ꝑ triduum.⁊ die tertia
fuit liberatꝰ.Sic xp̄s fuit ꝑ iude/
os ad mortē traditꝰ.⁊ in corꝺ ter/
re fuit cōditꝰ ⁊ die tertia a morte li
beratus.ſicut ſaluator ipſe inuit
Matth.xij.Adductꝰ dico fuit Jo
nas in mediū vt euidenter innua
tur ꝙ merito paſſionis xp̄i per io
nam figurati deus peccatoribus
miſeret̄.infundēdo eis gr̄am per
quā pctā deleāt̄.Jonas etiā inter
p̄tat̄ colūba.⁊ ſignificat gr̄aꝫ ſpūſ
ſcti.De q̊ ꝺr Mat.iij.ꝙ deſcēdit ī
ſpē colūbe. J De iſta ꝟo gr̄a
dic̄ ſaluator ꝟbū ꝓpoſitū.Qui cre
dit ī me ⁊c̄.Que ꝟba p̄nt ſic ordi
nari.Flumīa aq̄ viue fluēt ꝺ vētre
eiꝰ.i.ꝺ corde iſtiꝰ q̇ credit ī me.Et
ſm h̄ xp̄s dn̄s ī ꝟbis iſtiſ q̄ꝫte ſit
efficacie apte inuēs exp̄mit tria.ſ.

Perfectōꝫ doni fecūdatiui Exe
cutionem vſus perfectiui. Et de
ſcriptionem ſubiecti receptiui.

Primo dico exprimit perfecti/
onem doni fecundatiui in aque
viue conditione: cum premittit.
Flumina aque viue.i.gratie ſpiri
tuſſancti q̄ aīas ī pctīs mortuas

viuificat ⁊ fecūdat. Juxta illđ Jo.
vj. Spūs eſt q̇ viuificat Scđo
exp̄mit executionē vſus ꝑfectiui
in cōicatiōe. cū addit. Fluēt de vē/
tre eiꝰ. i. de corde eiꝰ. Certe q̇ habꝫ
in mēte ſua dei gr̄am nō eſt ꝯten/
tus ꝙ ī ſe viuat ꝑ ip̄am: ſed etiam
bñ docēdo ⁊ exēpla vite demōſtrā
do: alijs vitā cōicat ⁊ ad alios dif
fundit. nō quidē effectiue: ſꝫ ſoluꝫ
diſpoſitiue ⁊ excitatiue. De iſto flu
xu exponi pōt illđ qđ đr ī pš. Fla
uit ſpūs eiꝰ ⁊ fluent aque. Cū em̄
ſpūſſcūs ꝑflat mentē hoīs infun
dēdo eis gr̄am: de mēte ip̄iꝰ ſit ꝑ/
flata: viuificata ⁊ fecūdata. fluūt
ad alios aq̄. ſ. gr̄aꝝ. eo mō q̄ di/
ctum eſt. Tertio tāgit deſcripti
onē ſubiecti receptiui ī formatiōe
fidei cū ſubdit. Qui credit in me.
Certe ſubiectū diuine gr̄e recepti/
uū nō eſt ille q̇ ſolū credit deo vel
etiā q̇ credit ꝙ deꝰ eſt. qꝛ ⁊ demo/
nes credūt ⁊ cōtremiſcūt. ſꝫ ſoluꝫ
q̇ credit in xp̄ꝫ. i. q̇ fide formata cē
dit in ip̄m. Et in tali q̇ credit fide
formata ꝑ dilectionē: ē fides viua
nō mortua. operoſa nō ocioſa. ſic̄
hec dicunt̄ ī canonica Jacobi. c. ij.
Credēs igit̄ in xp̄m ē ſubiectū re/
ceptiuū gr̄e viuificātis. Juxta il/
lud qđ dic̄ ſaluator Joh̄. xj. Qui
credit in me: etiā ſi mortuꝰ fu. vi.
Dicit igit̄ Flumīa aq̄ viue ⁊c̄. R
Circa p̄mū ſciēdū ꝙ gr̄a ſpūſſci
ꝯuenient̄ ītelligit̄ ꝑ aquā viuam
Aqua em̄ viua ad lr̄am: mortua
viuificat. Sterilia fecūdat. Luto
ſa mundificat. Eſtuoſa refrigerat
Sic dico ꝙ diuīa gr̄a viuificat ni
bilitatem. Fecūdat ſterilitatem
Mundificat obſcenitatem Et
refrigerat cupiditatē. Primo di
co ꝙ diuina gr̄a ē aqua viuificās
nihilitatē. Pctōꝛ em̄ q̇ eſt in pctō
mortali nihil eſt ſm̄ Aug. ſp̄. in eē
moris. Sed cū ad deū ꝯuertitur
ſtatim ꝑ gr̄am viuificat̄. Unde đ
gr̄a ſpūſſci dic̄ deꝰ Ezechiel̄. xxxvij
Dabo vob ſpm̄. i. gr̄am ſpūſſcti ⁊
viuetis. ſp̄. vita ſpūali Hec em̄ eſt
ꝑ figurā illa aq̄ viua de q̄ loq̇tur
ſaluatoꝛ Joh̄. iiij. dicēs illi mulie
ri. Si ſcires donū dei ⁊ q̇s eſt qui
dicit tibi. da mihi bibere. tu forſi/
tan petiſſes ab eo: ⁊ dediſſet tibi
aquā viuā ⁊ gr̄am viuificantem
aīam mortuā ⁊ ꝯſtituentē in eſſe
ſpūali ⁊ gratuito aīam ꝑ peccatū
in nihilū redactā Scđo dico ꝙ
eſt aq̄ fecūdās ſterilitatē. Aīa em̄
in q̄ nō ē dei gr̄a: ſterilis eſt ⁊ ſine
fructu. i. ſine ꝟbis ⁊ opibꝫ merito
rijs. ſꝫ cū ī eā deſcēdit ſpūſſci gr̄a:
ſtatim fecūdat̄ ⁊ ꝓfert bonoꝝ ope
rū fructū. Uñ de iuſto viro đr in
p̄ncipio pš. ꝙ eſt tāq̄ꝫ lignuꝫ qđ
plātatū eſt ſecꝰ decurſus aq̄rum.
Per q̄s myſtice intelligūt̄ dona
gr̄e. Quod quidē lignū fructū ſu
um dabit in tp̄e ſuo ⁊c̄. vſqꝫ ibi. ꝓ
ſperabunt̄. Peccatoꝛ em̄ carens
iſta gr̄a hꝫ aīam ſterilē ⁊ infecūdā
ſicut terra q̄ nō irrigat̄ aq̇s eſt in/
fecunda. Uñ dic̄ ſic pctōꝛ ī pš. lo
quens deo Aīa mea ſic̄ terra ſine
aqua tibi. Sic em̄ aīa eſt ſteril̄ ſi/
ne gr̄a ſic̄ terra ſine aq̄. Tertio
dico ꝙ diuīa gr̄a eſt aqua expiās
peccatoꝝ obſcenitatē. Eſt enim

ꝑ figuraꝫ illa aqua aſperſióis. de
q̄ dꝛ Nu.xix.cū q̄ q̇dē aqua aſp/
gebaꝛ oīs hō q̇ ꝭm legē erat im
mūdus:ꝛ ſic mūdabaꝛ:vñ añ il/
lam aſpſionē reputabaꝛ imūdꝰ.
Sic dico ꝙ niſi pctōꝛ aſpgaꝛ ſep/
tieſ.i.cōtra ſeptē pctā moꝛtalia aq̄
iſta ſcꝫ dīne grē ſp ē imundꝰ Hec
eſt etiā ꝑ figurā aqua ioꝛdanis in
qua q̇ lotus fuerit ſepties)vt ē di/
ctum)mūdabiꝛ ab oī peccati le
pꝛa.ſic̄ Naamā ad litterā fuit mū
datus. Hec reuera ē illa aqua:de
qua dicit deꝰ penitētibꝫ Ezech.xxx
vj.Effundā ſup vos aquā mun/
dam.i.grām oīs pcī mūdifica
tiuā.Et mūdabimini ab oībꝫ inq̇
namētis vr̄is. ¶ Quarto di/
co ꝙ ē aqua refrigerās oēm ma/
lam cupiditatē bonoꝛū.ſ.mundi
ꝛ voluptatū carnis ꝛ appetitū in
oꝛdinatū ſube tpalis. Aqua eniꝫ
iſta oēm talē appetitū refrigerat ꝛ
ſitim extinguit.De iſta aqua dicit
ſaluatoꝛ Johā.iiij.Qui biberit ex
aqua quā ego dedero nō ſitiet ite
rum.i.nō appetet inoꝛdinate illa
q̄ ſūt dicta.De iſta aq̄ q̄ refrigerat
imo ī coꝛde hoīs cupidi extiguit
ignē ꝛ auaricie eſtū diciꝛ Ecc̄i.iij.
Sic̄ aqua extinguit ignē:ita ele/
moſyna que.ſp̄.daꝛ ꝑ grām:nō ꝑ
vanā gloꝛiam.extinguit.ſp̄.pctm̄
auaricie.Dicat ḡ q̇libet nr̄m xp̄o
cū illa muliere Joh.iiij.Dn̄e da
nobis hāc aquā.i.tuā grām viui/
ficantem coꝛda hoīm moꝛtua:fe/
cundantē ſterilia.emūdantē feti/
da.ꝛ refrigerātē coꝛda feruida ca/
loꝛe.ſp̄.male cupiditatis.Dn̄e da
nobis aquā iſtā vt fiat in quolibꝫ
noſtrū fons aque ſaliētis.i.ſalire
facientis in vitā eťnā.ſicut tu pro
mittis Joh.vij.Et certe ip̄e xp̄us
p̄ſto eſt dare aquā iſtā gratis pe/
tentibꝫ ꝛ nō petit aliq̇d ſalarium
ꝭm Chꝛyſ.niſi tm̄ deuotā oꝛatōeꝫ
Ergo dicit ip̄e Apoc̄.xxj.Dabo bi
bere de fonte aque viue ḡtꝫ. Quā
plurimū debemꝰ deſiderare iſtaꝫ
aquā:qꝛ ꝑ ip̄am ē in hoīe Splē/
doꝛ ad cognoſcēdū.Eſt em̄ aqua
ſapiētie ſalutarꝫ.Ecc̄i.xv. Sapoꝛ
ad reficiendū.Eſt em̄ aqua refe/
ctionis:de qua dicit ꝓpheta in pſ̄.
Sup aquā refectionis educauit
me.ſp̄.deꝰ.Vigoꝛ ad aſcēdendū.
Hec em̄ ē ꝑ figurā illa aqua quā
poſuit angelus ad caput Helye.
Poſuit enim ad caput eiꝰ panē
ꝛ aquā.Et in foꝛtitudine illiꝰ via
tici ambulauit vſqꝫ ad mōteꝫ dei
oꝛeb.ſic̄ dꝛ.iij.Regꝫ.xix.Decoꝛ ad
cōuerſandū.Qui em̄ aqua iſta la
uat faciē ſuā.Juxta illd ſaluato/
ris Matth.vj.Vnge caput tuuꝫ
ꝛ faciē tuā laua:habet cōuerſatio
nē decoꝛā ꝛ hoībꝫ gratioſam:vñ
diciꝛ aīe peccatrici que oſtēdit ex/
teriꝰ indecoꝛā cōuerſationē Ezec.
xvj.Aqua nō es lota in ſalutem.
¶ M Prochdoloꝛ multi ſunt q̇
nihil habēt de aqua iſta.quia per
peccata ſua derelinquūt fontem
aque viue.id ē.deū Hiere.ij.dicit
ipſe peccatoꝛibꝫ.Me derelique/
rūt fontē aque viue.ſed hn̄t moꝛ
tuam abundantiā aque peccati.
Aqua.ſ.tenebroſa ignoꝛantie.de
qua diciꝛ in pſ̄.Tenebroſa aqua

in nubib⁹ aeris.i. in pctōrib⁹ p̄ci/
pue ſuꝑbis: qui per aera volant:
Aqua etiā ꝓcelloſa arrogātie ⁊
inobediētie. Hec ē aqua cōtradi/
ctionis.ꝑ quā cōtradicit̄ ⁊ reſiſtit̄
deo et p̄lato. De iſta aqua dic̄ de⁹
ī ps̄. pctōri. Probaui te apd̄ aq̄m
cōtradictōis ⁊c̄. Aqua etiā turbi
da iracūdie. de qua dr̄ Hiere. ij. et
Ezech. xxxiiij. Aqua etiā deſluē
ti: ⁊ limū multū trahēti gule ⁊ cra
pule. de qua poteſt exponi illud
Job. xiiij. Lapides excauāt aque
⁊ alluuione paulatim terra con/
ſumitur ⁊ homines ergo ſimili/
ter ꝑdes. Aqua etiā fetida lu/
xurie que ē aqua egypti: que fuit ī
ſanguinē cōuerſa: ſicut habet̄ in
Exodo. Et in ps̄. dicit̄ de illa. Cō
uertit. ſ. deus. i. cōuerti ꝑmiſit a/
quas eorū in ſanguinē ⁊ occidit
piſces eorū. Quia reuera hoīes
q̄ morāt̄ in iſta aqua fetida luxu
rie omni vita gratie ſunt priuati.

Aqua etiā gelida odij ⁊ inuidie.
De qua habet̄ per figuram Eccl̄i.
xliij. Gelauit ab aqua criſtallus.
hoīes em̄ inuidi ⁊ q̄ ꝓximos odi
unt: qui ſunt ſine humore gratie
⁊ miſcdie: hn̄t corda gelida tanq̄
criſtallus. Criſtall⁹ dico ꝓpter du
ritiā ⁊ maliciā. Aqua etiā ferui
da auaricie. De quodã em̄ dicit̄
Geñ. xxxvj. ꝙ inuenit aquas cali/
das in ſolitudine. Qui ſignificat
hoīem cupidū ⁊ auarū. Talis eī
in ſolitudine. i. in corde ſuo ſolita
rio q̄ neminē amat niſi ſeip̄m īue
nit aq̄s calidas. ſ. mūdane ſolici/
tudinis ⁊ amoris immoderatiſ/
ſimi ad habendū diuitias ſeculi.
Peſſime ſunt iſte ſeptē aq̄ ⁊ mor
tifere. Placeat deo ꝙ ꝑ aquā ſue
gratie aque iſte ꝑiculoſiſſime ex/
pellantur. ¶ Circa ſecundũ
vbi chriſtus exprimit vſus perfe/
ctiui executionem in ip̄a cōmuni/
catione cum dicit. Flumina fluēt
de ventre eius. Reuera qui habz
in corde ſuo aquā viuā diuīe gr̄e
ſi bene vtit̄ ipſa: que animā ꝑficit
⁊ bene vſum ipſi⁹ exequit̄: ſtatim
de ventre. i. de corde ip̄i⁹: qui dici/
tur venter hoīs. fluūt. ſ. ad alios
flumina. i. dona ſpūſſancti. Non
q̄dē ꝙ talis hō iſta flūina in alijs
efficiat: ſz bn̄ viuēdo bene docen
do ⁊ exēpla vite ſanctitatꝫ oſtēden
do: diſponit hoīes alios ad diui
norū cariſmatum receptionem.

Sciēdū aūt ꝙ aqua gratie q̄n
eſt in hoīe refluit in deū ꝑ lachry
moſam cōfeſſionē. In hoīem ip
ſum ꝑ auſterā macerationē. In
eccleſiā ꝑ famoſam p̄dicationem.

Et in ꝓximū ꝑ viſceroſam cō/
paſſionē ⁊ luminoſam edificatio/
nem. Refluit dico primo in deū
ꝑ lachrymoſam confeſſionē. Dicit
em̄ ꝓpheta in ps̄. Cōfitemini dn̄o
q̄m bon⁹ ⁊c̄. Sequit̄. Diſrupit
petrā. i. cor durū ⁊ ſiccū peccatorꝫ
ꝑ gratiā. ſ. quā ei dū penitet īfun
dit. Et fluxerunt aque. ſ. lachry/
marum. ſicut fluxerunt ab oculiſ
magdalene. Luc̄. vij. Et petri Lu.
xxij. Abierūt in ſicco flumina. id ē
in ſicco pede. Prius abierunt flu
mina diuinorū cariſmatū. ex q̄b⁹
fit refluxus in deū ꝑ lachrymoſā

confeſſionem ꝛ orationem. Se
cundo refluit in hoīem ipm ꝑ au
ſteram macerationem. De iſto re
fluxu dicit̃ Judi.v. Dñe cum exi-
res de ſeyr: t̃ra mota eſt: celi ac nu
bes ſtillauerunt aquis: ꝛ mõtes
fluxerunt a facie dñi. Per ſeyr: q̃
fuit terra Eſau. ſignificat̃ coꝛ ho-
minis terreni ꝛ peccatoꝝ. de quo
exit deus ꝑ dilectionē peccatoꝝ.
ꝛ intrat in ipam ꝑ veram peniten
tiam. Tunc em̄ exit ab ipo inq̃ʒtũ
peccatoꝛ: ꝛ intrat in ipm: eum effi
ciendo iuſtũ. Chriſtus em̄ a pec-
catoris coꝛde exit ꝓpter peccatum
ſubtrahendo ei gratiam. Tunc
em̄ exit ab eo inq̃ʒtũ prius fuerat
iuſtus exercendo iuſticiam. Sʒ
quãdo vere penitet: tunc intrat in
ipm a quo exijt. Inq̃ʒtũ peccatoꝛ
fuerat: exercendo miſericoꝛdiam.
ꝛ reddendo ei ſuam gratiam. Et
tunc vere põt dici ꝙ terra. id ē. ani
ma ipius mota eſt ꝑ doloreʒ ꝛ cõ
tritionem. Tunc etiam poteſt di-
ci ꝙ celi ꝛ nubes. id ē. viri peniten
tes ꝛ iuſti ſtillauerunt aquis. ſup̃.
gratiarũ: ꝑ quã fit refluxus in to
tum hoīem ꝑ abſtinentiã ꝛ veraʒ
macerationem. Tunc etiam põt
dici ꝙ montes fluxerunt a facie
dñi. Peccatoꝛ em̄ qui prius fuit
mons ꝑ culpam: cũ penitet ꝛ fac̃
dignos fructus penitẽtie. tũc flu-
it a facie dñi. i. quaſi ſeipm ãnihi-
lat ꝑ humilitatem ꝛ timoꝛem.

D Refluit etiam tertio in ipaʒ
eccleſiam ꝑ famoſam ꝛ fructuo-
ſam predicationem. Quod mul-
tum deſiderat vir iuſtus dicens
illud Deut̃. xxxij. Concreſcat. id ē.
in alijs ꝓficiat: vt pluuia doctriã
mea: que facit creſcere fruges. flu
at vt ros eloquiũ meũ. i. ꝑ meum
eloquiũ fluat in auditoꝛibꝫ ros
gratie dei. Refluit dico quarto
in ꝓximũ ꝑ viſceroſam cõpaſſio-
nem ꝛ luminoſam edificationē.
De quo exponi poteſt illud qđ di
cit ſponſa Cant̃. iiij. Surge aq̃lo
id ē. diſcede diabole. ꝛ veni auſter
id ē. tu ſpũs ſancte. ꝑfla oꝛtũ meũ
id ē. fecũda cõſcientiã meã. vt flu-
ant. ſp̃. ad ꝓximos. aromata illiꝰ.
id ē. miſericoꝛdie opa. ꝛ ſanctitatꝫ
exẽpla. ꝑ que recreent̃ coꝛpaliter ꝛ
ſpũaliter edificent̃. Prochdoloꝛ
mlͭti ſunt qui q̄m nõ habẽt aquã
diuine gratie: nõ pñt de ipoꝝ coꝛ
dibus fluere flumina ſupꝛadicta
nec refluũt in deum. nec in ſeipos
nec in eccl̃iam. nec in ꝓximos: ſic̃
eſt dictũ. Sed de ventre ipſoꝛum
fluũt ad alios flumina peſſima.
peccatoꝛũ opa ꝛ iniquitatis exem
pla. ꝑ que alij ſepiſſime moꝛiunt̃.
Iſta ſunt flumina babylonis ſu
per q̃ nõ ē ꝟtus ad bñ opandum
ſʒ pigricia ad ociandũ. Non ē leti
cia ad cõſolandũ. ſed triſticia ad
deſperandũ. niſi deꝰ hoīes iuuet.
De iſtꝫ fluminibꝫ dic̃ ꝓpha in pſ̃.
in pſona pctõꝝ. Sup flũina ba-
bylõis illic ſe. ꝛ fle. ꝛc̃. Multũ de
bẽt timere iſti: ne qñ iuſti epula-
bunt̃ ꝛ exultabũt: ipi fluãt ꝛ pẽãt
a facie dei. in pſ̃. e m̄ dꝛ ſic. Sicut
fluit cera a facie ignis ſic pẽãt. i. pi
bũt pctõꝛes a facie dei. Sequitur
Et iuſti epulentur ꝛ exultent ꝛc̃.

P Circa tertiũ vbi ſaluatoꝛ ex
primit ſubiecti receptiui cõditiõez
in fidei foꝛmatõe.cũ dicit. Qui cre
dit in me. Nõ em̃ q̇ credit in chꝛi/
ſtum.i.fide foꝛmata tẽdit in ip̃m
talis ẽ ſolus ſubiectũ receptiuum
aque viue.i.gratie dei. Et eſt ſcien
dum ꝙ fides foꝛmata charitate ⁊
opans ꝑ dilectionẽ:ꝑ quã ſolũ in
xp̃m credit̃.illuſtrat intelligẽtiam
ad cognitionẽ.vñ Eſa.vij.dꝛ ſm
aliam lr̃am. Niſi credideritis: nõ
intelligetis. Ergo ꝑ oppoſitũ. Si
credideritis.ſꝑ.in xp̃m:intelliget̃
ſp̃.saluti neceſſaria.quia vt dꝛ ad
Heb.xj. Fide intelligimꝰ aptata
eẽ ſecula verbo dei ⁊c.qꝛ fides ta
lis lumẽ ẽ animaꝝ. Talis etiaꝫ fi
des cõfirmat incõſtantiã ad ꝑmã
ſionẽ. Cũ em̃ quidã diſcipuli re/
ceſiſſent a xp̃o:ip̃e dixit ad duode
cim apl̃os.ſicut habet̃ Jo.vj. Nũ
quid ⁊ vos vult̃ abire. Rñdit pe
trus in ꝑſona oim̃. Dñe ad queꝫ
ibimꝰ.ſp̃.a te recedẽtes. Verba vi
te eterne habes. Et nos credimꝰ ⁊
cognouimꝰ.quia tu es filiꝰ dei q̄
ſi dicat petrꝰ. Fides v̄ra qua te cre/
dimus eſſe verũ filiuꝫ dei confir/
mat nos vt tecũ ſemꝑ maneamꝰ:
⁊ a te nunq̄ꝫ recedamꝰ. Nõ credẽ/
tes em̃ ĩ xp̃m ab eo receſſerũt:cre/
dentes aũt cũ ip̃o ꝑmãſerũt:ſicut
dꝛ ibidẽ. Talis etiã fides ĩpetrat
beniuolẽtiã exauditiõis. quia vt
dicit̃ Mar.ix. Omnia poſſibilia
ſunt credenti. De tali em̃ fide mul
tis ꝑſonis dictũ ẽ: ſicut habet̃ in
euangelijs. Fides tua te saluã fe/
cit. Nihil em̃ petit̃ a deo ſub tl̃i fi/
de q̇n deus exaudiat. Saluatoꝛ
em̃ dic̃ in euãgelio Mar.xj. Om
nia quecũq̄ꝫ oꝛãtes petitis credi/
te:⁊ euenient vobis. Talis etiam
fides cõmutat ignominiã.ſp̃. pre
ſentis vite in gloꝛificationẽ ⁊ bea
tificã viſionẽ. Saluatoꝛ em̃ dicit
flictũ. Contra ipos em̄ habemus
occultaꝫ luctã ſm Auguſti. quia
vt dicit apls ad Eph. vj. Non eſt
nobis colluctatio aduerſus car-
nem ꝛ ſanguinẽ. ſ. tm̄ ſed etiã ad-
uerſus pncipatꝰ ꝛ ptãtes. Aduer-
ſus mũdi rectores tenebraꝝ haꝝ
. i. huius aeris tenebroſi. Contra
ſpiritales neqtias in celeſtibꝫ. i.
habitãtes in partibꝫ huius caligi-
noſi aeris. q aliqñ dicit celũ: iuxta
illud pſ. Volucres celi. Ergo ca-
riſſimi aſſumẽtes vexillũ ſctẽ cru-
cis reſiſtamꝰ dyabolo: vt ipm de-
uincamus. Sic em̄ dicit btũs pe-
trus pme ſue canõice. c. vlti. So-
brij eſtote ꝛ vigilate. quia aduer-
ſarius veſter dyabolus tanq̃ꝫ leo
rugiens circuit querens quẽ de-
uoret. cui reſiſtite fortes in fide. in
fide dico formata caritate ꝛ ope-
rante per dilectionẽ. Si ſic reſiſta-
mus et tollamus ſuper nos cru-

cis xp̄i vexillum: deuincemus eū
ꝛ ſic confuſus fugiet a nobis: iu
xta illud Jaco. iiij. Reſiſtite dia/
bolo. i. fugate eum a vob̄ ei ꝟtuo
ſe reſiſtendo. ꝛ fugiet a vobis. De
victoria quā habuit xp̄us de de/
monibꝫ ſuſpēſus in aere exponi
poteſt ꝑ figuram illud quod dic̄
ſapientia increata (que eſt xp̄us)
de ſeipa. Eccl. xxiiij. Quaſi palma
exaltata ſum in cades. Palma ē
arbor victorialis. In manibꝫ eīn
victoꝝ ponebant̄ antiquit⁹ rami
palme. Cades aūt interp̄tat̄ tollēſ
mare: ꝛ ſignificat crucē tollentem
ſuꝑ corp⁹ xp̄i: mare. i. amaritudi/
nem paſſiōis. Quid ḡ dicit ſapia
que xp̄s eſt. Ecce q̄ſi palma. id eſt
quaſi victorioſus ex̄ns exaltata
ſum. i. eleuata. In cades. i. in cru/
ce pendens in aere. In cruce q̇dez
tollentē ſuꝑ corp⁹ meū: mare. id ē
om̄em amaritudinē. Ergo ꝛ nos
pugnem⁹ cōtra demōes habitan
tes circa nos in iſto aere. vt tandē
ꝟtute crucis vincam⁹ eos. qꝛ mul
ta magna p̄mia ꝓmittunt̄ victo/
ribꝫ Apoc. ij. ꝛ. iij. Btūs etiā Joh.
dicit in p̄ma ſua canonica. ij. cap̄.
Scribo vob̄ iuuenes: qm̄ fortes
eſtis: ꝛ ꝟbū dei in vob̄ manet. ꝛ vi
ciſtꝭ malignū. Placeat deo ꝙ ita
ſit de nob̄. Sic igit̄ ptꝫ de iſta exal
tatione q̄ꝫtū ad xp̄m. L Sed
notandū ꝙ iſta exaltatio xp̄i q̄ re
aliter fuit humiliatio nō ꝓderit il
lis q̇ ꝑ ſuꝑbiā ſe exaltāt. Sicut fa
ciunt illi q̇bꝫ dr. ij. Eſdre. viij. Ini/
quitates vr̄e exaltate ſunt vſqꝫ ad
celū, ſed oportet ꝙ quilibet noſtꝝ
ſit talis ꝙ poſſit dicere illud Ps̄
Dn̄e nō eſt exaltatū cor meum ꝛc̄
Quia Saluator dicit Luc̄. xviij.
Qui ſe exaltat humiliabitur. ꝛ ecō
uerſo. Qui ſe humiliat exaltabit̄.
Sed quicquid ſit de nobis Iſta
tn̄ exaltatio que realiter fuit hūili
atio meruit ꝓ corꝑe chriſti: imo ꝛ
pro toto chriſto exaltationem ſal
tem q̄ꝫtum ad innoteſcentiaꝫ. Or
vt in ps̄. dicitur. Accedet homo.
ſup̄. chriſtus. ad cor altum. id eſt.
ad illas graues paſſiones. ſꝫ Au
guſti. ꝛ exaltabitur de⁹. ſ. ip̄e chri
ſtus qui fuit exaltatus ꝓpter paſ/
ſionem. ꝛ in terra iudeorum. ꝛ in
ter gētes. iuxta illud quod ip̄e di/
cit in ps̄. Exaltabor in gentibꝫ: et
exaltabor in terra. Meruit etiam
illam glorioſam exaltationē. de q̄
dicitur q̄ꝫtū ad ip̄m ad Phil̄. ij.
ꝓpter quod. i. ꝓpter humilitatē cru
cis exaltauit illum deus ꝛc̄. totū.
Ergo audiam⁹ nos conſiliū bea
ti petri cū effectu. qui dicit nobis
p̄ me ſue canonice. v. Humiliami
ni ſub potēti manu dei: vt vos ex
altet in tempore tribulationis.
M Circa tertiū vbi tangit̄ paſ
ſionis fruct⁹ afflueñs ꝛ copioſus.
cū ſubdit. om̄ia trahā ad meip̄m.
Uere iſte tract⁹ hoīm fuit multū
fructuoſus. quia ſic merito paſſi
onis dn̄ice tracti fuerūt ad xp̄m:
ꝙ ipi q̇ erant ceci fuerūt illumina
ti. Quaſi eīn mēbranas oui tra/
xit xp̄s ab oculis coꝝ. ꝛ ſic viſū re
ceperunt. Sic̄ dicit̄ Tob. xj. de
illo Thobia iuuene ſignificante
chriſtuꝫ; qui traxit iſta ab oculis

patris ſui ceci: ⁊ ſic viſum recepit.
Quō aūt xp̄s traxit hoīes ad ſeip
ſum exaltatus in cruce. dicit ipſe
Oſee. xj. de hūano genere. In fu/
niculis adam trahā eum. in vin/
culis charitatis. Funiculi adam
ſignificāt penas ⁊ dolores quibꝫ
ligant̄ oēs poſteri adā. ſic ꝙ non
pn̄t libere agere qđ volunt. Certe
iſtis funiculis fuit ligatꝰ xp̄us in
cruce. in quibꝫ traxit ho ies innu
meros ad ſeip̄m. Hoīes dico in
numeros cōſiderātes hmōi funi
culos. i. penas xp̄i ⁊ paſſiōes ꝓ ip
ſis toleratas. p̄ncipaliꝰ tn̄ ⁊ for/
tius traxit in vinculis charitatis.
que traxerūt eum de celo ad t̄rā.
⁊ de terra ad crucē: ⁊ in cruce fece/
runt eum ſtare immobilr̄ donec
dixit illud Jo. xix. Cōſūmatū eſt.
Sciendū aūt ꝙ ſunt quattuor
tractus corꝑales. Quorū primꝰ ē
a calido. Calor em̄ ſolis incorꝑa
tus vaporibꝫ eos trahit ſurſum.
Secūdus ē a vacuo Tātū em̄ na
tura refugit vacuū: ꝙ ſi nihil eſſet
inter celū ⁊ terrā: aqua aſcēderet ⁊
vacuitatē repleret. Tertius tra
ctus ē a tota ſpecie. q̄ tractu ada/
mas ⁊ magnes trahūt ferrū. A to
ta em̄ ſpecie adamātis ⁊ magne/
tis. ⁊ a tota etiā ſpecie ferri eſt: ꝙ il
li trahant ad ſe: ⁊ ferrū trahat̄ ad
ip̄os. Quartꝰ tractus ē a violē
tia: ſicut multi hoīes violēter tra
hunt trabem vel nauē ꝑ aquam
Certe tractus iſte q̄ xp̄s trahit ho
mines ad ſe eſt a calido. qꝛ ꝑ cha
ritatem que infundit̄ ⁊ quaſi in/
corꝑat̄ ip̄orū cordibꝫ merito dn̄i/
ce mortis. Eſt etiā tractꝰ a vacuo
qꝛ eſt ꝑ pauꝑtatē: que xp̄m vacua
uit bonis t̄ꝑalibꝫ: ⁊ alios etiā va
cuat: ſaltē ꝑ ꝯtemptū. qui volunt
trahi ad xp̄m. Eſt etiā tractꝰ a to/
ta ſpecie: quia ē ꝑ pietatē. A tota ei
natura diuinitatis: cuiꝰ ꝓpriū eſt
miſereri ⁊ ꝑcere: eſt pietas ⁊ miſe/
ricordia: ꝑ quā mori volens pro
hoībꝫ: hoīes ad ſe traxit. Et q̄cūqꝫ
volūt ad ip̄ꝫ trahi: oportet ꝙ ſint
miſericordes ⁊ benigni: qꝛ tales
m̄iſcđiam cōſequent̄ Matth. v.
Et certe pietas ē a tota ſpecie hoīſ
quia hō eſt animal māſuetū na/
tura. Eſt etiā tractꝰ iſte a violen/
tia: qꝛ eſt ꝑ aſꝑitatem. ſp̄. peniten/
tie: quā oꝑtet ꝙ faciāt ſibi hoīes
ſi volūt trahi ad xp̄ꝫ. Quia vt ſcri
bitur Matth. xj. Regnū celorꝫ
vim patit̄: ⁊ violenti rapiunt illđ.
Licet em̄ xp̄s ſponte ⁊ volūtarie
crucē ꝑtulerit: ⁊ ꝯtrū eſt de ſe ho/
mines traxerit: hoīes tn̄ pctōres
niſi violentiā ſibi fecerint ꝑ pn̄iaꝫ
nō trahunt̄ ad ip̄m Poteſt etiā di
ci ꝙ quedā violētia fuit illata ſen
ſualitati xp̄i. Oꝑtet nos igit̄ trahi
ad xp̄m ſi volumus trahi ad celū
Trahi dico a calido ꝑ charitateꝫ.
A vacuo ꝑ pauꝑtatē. A tota ſpe/
cie ꝑ pietatē. Et a violētia ꝑ auſte/
ritatem. Job em̄. xxxiiij. dꝛ. ꝙ ſi di
rexerit hō ad deum cor ſuū. ſuꝑ.
ꝑ iſtas ṽtutes: ſp̄m illiꝰ ad ſe tra
het. Sꝫ ꝓh dolor multi ſunt qui
nolunt trahi ad xp̄m. ſic illi de q̄/
bus dicit deus Eſa. v. ve qui tra/
hit iniq̄tatē in funiculis vanitat̄
⁊ quaſi vinculū plauſtri peccatū

Funiculi em̄ ⁊ viculū quibꝯ plau
ſtrū diaboli trahit̄: quo etiā ipſe
trahit hoīes malos ad infernum
ſunt pctā oīa. Jn ipīs em̄ trahit̄
plauſtrū ipiꝰ: qđ eſt ſua malicia
cū pctōribꝯ in infernū. Sciēdū
aūt ꝙ q̇dā hoīes ſūt boni tracto
res q̇dā aūt peſſimi. Quidā autē
trahunt ſapientiā ſtudendo ⁊ ad
diſcendo ⁊ q̄ꝫtū ad iſtos dr̄ Job
xxviij. Trahit̄ ſapiētia de occult̄
.i. de ſcripturis ſacris: de q̇bus eā
trahit bonꝰ hō ſtudendo ⁊ addi⸗
ſcendo. Quidā āt trahūt ad ſe pe
cuniā rapiēdo ⁊ iniuſte acquiren
do. De quorū q̄libet dr̄ Abacuc. j
Totū in hamo ſuo leuauit: traxit
illud in ſagena ſua: ⁊ cōgregauit
in rethe ſuū. Hamus em̄ ſagena
⁊ rethe hoīs auari ⁊ cupidi ſunt
ſua cupiditas ⁊ auaricia. ⁊ in iſt̄
breuiter trahūt totū q̇cq̇d ē in mū
do: q̄ꝫtū eſt de ſua voluntate. Qui
dam aūt ſūt q̇ trahūt homīes ad
xp̄m eos v̄bis ⁊ exemplis erudiē
do. Sicut dr̄ de petro Joh. vltio
ꝙ traxit rethe plenū magnis piſci
bus. Per iſtud rethe petri intelli⸗
git̄ ſua ⁊ doctorū eccl̄ie p̄dicatio.
in quo .i. in cuiꝰ v̄tute tracti ſunt
hoīes innumeri ad xp̄m. Quidaꝫ
aūt trahunt hoīes ad diabolum
ſuis malis v̄bis ⁊ exēplis alliciē⸗
do ⁊ decipiendo. Sicut dr̄ de q̄li
bet tali Job. xxj. ꝙ poſt ſe oēm ho
minē trahit. ſp̄. q̄ꝫtū eſt de ſe. Sed
q̇d eſt: Certe bonos tractores tra
hit ad ſe xp̄s in p̄nti ꝑ grām: ⁊ in
futuro ꝑ gloriam. ſicut ip̄e dic̄ de
quolibet: vt eſt dictū. Trahaꝫ ip⸗
ſum in vinculis charitatis Oſee.
xj. Sed malos tractores q̇ (ſic̄ dr̄
Hiere. xiiij.) traxerunt ventū qua
ſi dracones. Trahūt em̄ homīes
mūdani ventū .i. honores mūdi.
⁊ bona tp̄alia ad refrigerandum
calorē ſue cupiditatis. Trahit di
co tales diabolus cauda ſua. id ē
aſtutia ſua ac fallacia ſua in infer
num. Dicit̄ em̄ Apoc. xij. ꝙ beſtia
illa que ſignificabat diabolū tra⸗
xit tertiā ꝑtem ſtellarū cauda ſua.
.i. aſtutia ſua traxit tertiā ꝑteꝫ ho⸗
minū xp̄ianorū ⁊ p̄cipue ſimula⸗
torum qui deberēt eſſe quaſi ſtel⸗
le ⁊ nō ſunt. Jaꝫ traxit eos ad ter
ram .i. ad amorē ⁊ amplexū terre
norum: ⁊ deinde ad terrā mortu⸗
orum. Quicq̇d tn̄ ſit de reprobis
hoībꝯ nos dicamus humilit̄ do
mino ieſu xp̄o ſic. Dñe qui merito
tue paſſionis ad tuā fidē traxiſti
nos: rogamꝰ ⁊ ſupplicamus: vt
iſte tractus in nob̄ habeat efficaci
am: vt vicꝫ te trahēte nos pꝰ te tra
hamur ad ſydera celi clara quod
ip̄e nobis preſtare dignet̄. Amen
Sciendum aūt ꝙ alique eccle
ſie legunt iſta die ſabbati ꝓ euan
gelio iſtā ꝑtē euāgelij Joh. q̄ ſcri
bitur Joh. vj. Et incipit. Amen a⸗
men dico vobis niſi māducaue⸗
ritis carnē filij hoīs ⁊c̄. Sequit̄
parū infra v̄bū xp̄i. Caro mea v̄e
eſt cibꝯ. ⁊ ſanguis meꝰ v̄e eſt potꝰ
Qđ quidē verbū cōuenientiꝰ pōt
ſumi ꝓ p̄dicatione ferie q̇nte in ce
na dn̄i q̄ꝫ in iſto ſabbato. Tūc em̄
fuit inſtitutū ſacr̄m altaris. Jn q̊
caro xp̄i ſub ſpecie panis vere eſt

cib⁊:⁊ ſanguis ſub ſpecie vini ve/
re eſt pot⁹. Et adhuc ꝯuenientius
ſumit̃ h̃ v̄bū ꝑ p̄dicatiōe corpoꝝ
dñi:⁊ hoc in feſto eiuſdē qđ cele/
brat̃ feria q̇nta poſt octauā pente
coſtes. Unde vel in cena dñi: vel
in feſto p̄dicto faciem⁹ ſmonē do
dante de v̄bo ſupradicto.ſ. Caro
mea ⁊c̄.

## Dominica in ramiſpalmaruꝫ.

### Sermo I

ACceperūt ramos palmarū:⁊ pro
ceſſerūt ei obuiā:⁊ cla/
mabant oſanna: bñdict⁹ q̇ venit
in noīe dñi. rex iſrael Jo.xij. Ꝺ

Ad euidētiā hui⁹ ſacre diei q̄m
xp̄iani vocāt ramiſpalmarū ſunt
aliqua p̄mittenda. Primū eſt ꝙ
illo anno q̊ xp̄s dñs fuit in cruce
īmolat⁹ ꝑ nob:fuit iſta dies.ſ.ra/
miſpalmarū ad lr̃am ſm mgr̃m
in hiſtorijs decima dies aprilis.
Jn q̄ ſm legē agn⁹ īmolād⁹ deci
maq̄rta luna ad veſpam:h̃ ē q̇n/
ta feria ſequenti debebat portari
ad locū victime.ibiq̃ ſuari vſq̃
ad horā īmolatiōis. Secūdū eſt
ꝙ vt v̄itas rñderet ꝑ oīa figure:
idcirco agn⁹ ꝑ nob īmoland⁹.ſcꝫ
xp̄s dñs iſta die que fuit decia a/
prilis:vt ē dictū.venit ad locū vi/
ctime.ſ.in hierl̃m:vect⁹ aſello:ibi/
q̃ māſit:vel multū ꝓpe.ſ.in betha
nia vſq̃ ad veſpam ſequētis q̇n/
te ferie:in qua ſeip̄m īmolauit ſa/
cramētalr̃. Et poſtea q̄ſi ſtatim ea
dem nocte cepit ſua corꝑalis īmo
gr̃o q̄ fuit cōſūmata circa nonā
diei ſequētis. Tertiū ē ꝙ in iſto
aduētu xp̄i in hierl̃m turba mul/
ta collecta de ſimplicib⁊ iudeorū
⁊ de pueꝝ hebreoꝝ:⁊ vt puto de
q̇buſdā gentilib⁊:qui venerāt ad
orare in die feſto:ꝓceſſerūt ei ob/
uiam. Quorū aliqui cedebant ra
mos de arborib⁊:⁊ iactabāt ante
eum. Alij v̄o veſtimēta ſua ſterne
bant in via:⁊ oēs tam illi q̇ pre
ibant q̄ꝫ illi q̇ ſequebant̃ voce ma
gna clamabāt dicentes. Oſanna
⁊c̄. Q auť in iſta turba cēnt pue/
ri hebreoꝝ h̃ teſtat̃ eccl'ia q̄ ſic can
tat iſta die. Pueri hebreoruꝫ ⁊c̄.
Quod etiam ſatis patet ex textu
Matth.xxj.vbi dicit̃ ꝙ ſtatim p⁹
ingreſſum ciuitatis:ingreſſus fu
it in templū. Et ꝙ indignati fuer̃t
p̄ncipes ſacerdotū:q2 audierunt
pueros clamātes in templo:⁊ di
centes. Oſanna filio dauid:vnde
credo ꝙ iſti pueri fuerāt in ꝓceſſi
one. Q etiā in iſta turba fuerint
gentiles.ꝓbat̃ ꝑ illud qđ dicitur
Joh.xij.ꝙ q̇dā gentiles venerāt
ad diē feſtū:q̇ vt ibi dr̃:ieſum vi/
dere voluerūt:vñ puto ꝙ aliq̇ de
ip̄is fuerūt in ꝓceſſiōe: Qđ nō va
cat a pulcro myſterio:ſicut nec va
cat a myſterio ꝙ iſta die(vt Mat.
refert)aſina ⁊ pull⁹ fuerūt ad eum
adducta. Ex vtroq̃ eīm populo.
ſcꝫ iudeorū deſignatorū ꝑ aſinaꝫ.
⁊ gentiliū deſignatorū ꝑ pullum
colligēda erat ſcā eccl'ia:q̄ debebat
xp̄m dñm ꝑfectiſſime honorare.
Ꝑ De q̇b⁊ auť arborib⁊ q̊s ce/
debāt ⁊ ſternebāt in via ſol⁹ Joh.
explicat in h̃ v̄bo dicēs, acceperūt

ramos palmarū. Puto tñ φ cuȝ
ipē tūc tranſiret ꝑ montē oliueti.
in q̄ ē abūdātia diuerſarū arborū
ꝓcipue palmarū ⁊ oliuarū: φ ac/
ceperunt nō ſolū ramos palmaꝝ
ſꝫ etiā oliuarū: ⁊ etiā ceteraꝝ arbo
rum. Sic em̄ hodie plane innu/
it eccl'ia in officio. ſ. in bn̄dictione
ramorū. Quartū ē φ iſtā ꝓceſſio/
nem factā hodie ad lr̄am regi no/
ſtro etiā die iſta repn̄tat eccleſia ꝑ
quādā epl'am: que ſcribit᷑ Exo. xv
Et incipit. Venerūt filij iſrael ī he
lym ⁊c̄. Legit etiā euāgeliū quod
ſcribit᷑ Matth. xxj. Et incipit. Cū
appropinquaſſet ieſus hieroſoli
mis ⁊c̄. Epl'a etiā repn̄tat figura
liter ꝓceſſionem xp̄o factam ꝑ he
breos: Idcirco dr̄ in ꝓ̇ncipio epl'e
φ filij iſrl' ſiue lr̄a ſiue ſpū venerūt.
ſp̄. hodie ꝓceſſionalr̄ in helym. id
eſt. ad xp̄m. Helym em̄ interp̄tat᷑
fortis ⁊ indeficiēs ⁊ ſignificat xp̄ȝ
qui fuit fortis ſm deitatem ⁊ ſm
aīam. Sed fuit infirm⁹ ⁊ deficiēs
ſm carnē. iuxta illud Matth. xx/
vj. Spūs ꝓmpt⁹ ē: caro aūt infir
ma. Tūc em̄ erāt cū xp̄o duodecī
fontes. i. duodecī apl'i. quorū do
ctrina potat⁹ ē mūd⁹ aqua ſapiē/
tie ſalutaris ⁊ celeſtis. ⁊ ſeptuagī/
ta palme. i. ſeptuaginta diſcipuli
quorū ꝓ̄dicatiōe palmas victorie
xp̄i mūd⁹ agnouit: hec in gloſa.
In euāgelio ꝟo expꝛ̄ſſe ⁊ ſine figu
ra recolit᷑ ꝓceſſio ſupradicta. ſicut
apparet intuenti. In miſſa ꝟo tā
in epl'a que ſcribit᷑ ad Phil'. ij. ⁊ ī
cipit. Hoc em̄ ſentite in vobis ⁊c̄
ꝙ in euāgelio qd̄ cōīt᷑ dr̄ paſſio.
qd̄ q̄dē euāgeliū ſcribit᷑ Mat. xx/
vj. Et incipit. Scitꝭ qꝛ p⁹ biduūȝ
paſca fiet ⁊c̄. expꝛ̄ſſe ⁊ ſine figura re
colit᷑ xp̄i paſſio. Cui⁹ ꝟtute ⁊ meri
to acq̇rit᷑ ſal⁹ illa q̄m ſpūſſcūs po
ſtulabat ꝑ ora illorum q̇ clama/
bant. oſāna ⁊c̄. Poſtulabat dico
ſpūſſcūs nō ꝓ ſe cū ipē ſit actor ſa
lutis. ſed ꝓ hoīb⁹. Etiā dico φ ſpi
ritus ſanct⁹ poſtulabat. Quia ſm
Chryſ. Illi hoīes neſciebāt quid
laudabāt. ſꝫ ſpūs ſubito ingreſſ⁹
ꝑ ora illorū ꝟitatē fundebat. Et
ↄueniēt᷑ iſta die q̄ fuit decia aṗ/
lis legit᷑ xp̄i paſſio q̄uis iſta die
nō fuit paſſus: ꝓpt᷑ pulcrū myſte/
rium. legit᷑ eī Joſue. iiij. φ filij iſrl'
poſtq̄ȝ circuīerāt deſtū ꝑ q̄dragi/
ta ānos decia die ꝓ̇mi mēſis. i. aṗ
lis. xlj. anni intrauerūt t̄ram pro
miſſiōis. Sic ⁊ ꝟi xp̄iani fcō ꝓceſ
ſionali circūitu ꝑ iſtū mūdū ꝟtu/
te paſſiōis xp̄i q̄ legit᷑ hac decima
die itrāt viuentiū t̄rā. Quāuis āt
oēs euāgeliſte loq̄nt᷑ d̄ iſta ꝓceſſi/
one: expꝛ̄ſſi⁹ tñ loquūt᷑ Matth. ⁊
Joh. Et iō de euāgelio cuiuſlibet
iſtoꝝ accipio vnū ꝟbū ꝓ̄dicabile
ꝓ iſta die. Verꝝ qꝛ ſol⁹ Jo. loq̇t᷑ de
rāis palmaꝝ. ꝓpt᷑ qd̄ ⁊ iſta dñica
dr̄ dñica ramiſpalmaꝝ. Idcirco
ꝓ̇mū ſmonē facio d̄ ꝟb Jo. ſup̄/
dictꝭ. ſ. acceperūt rāos palmaꝝ ⁊c̄.
Q In q̇b⁹ q̇dē ꝟb euident᷑ nob
oñdit᷑ quō illi hoīes ad lr̄aȝ xp̄m
dñm honorauerūt. Et quō etiā noſ
ſcḿ eoꝝ itelligēdo allegoricē ſpi
ritualr̄ ip̄m dēm⁹ honorare. Illi
em̄ homines honorauerūt xp̄m ī
facto iſto tripl'r. ſ. Maīb⁹ pedib⁹ ⁊

vocib⁹. Uel ſic. honorauerũt ip̄m
frondib⁹ arborũ: ſicut triũphato-
rem hoſtis. Greſſib⁹ corporũ. ſic̄
dñatorem orbis. Et vocib⁹ pecto
rum: ſicut reparatorē ⁊ ꝯſũmatorez
pacis. Dico ꝙ honorauerunt
ip̄m frondib⁹ arborũ: ſicut trium
phatorē hoſtis. Et hoc in manib⁹
ſuis ramos accipiēdo: quod no-
tatur. cũ p̄mittit. Acceperũt rāos
palmarũ. Acceperũt vtiqꝫ ramoſ
iſtos palmarũ. ꝓteſtantes facto
ſuo ꝙ xp̄s dñs erat de hoſte mali
gno triũphatur⁹. Ram⁹ em̄ pal-
me portabat in ſignũ victorie et
triumphi. Uidet em̄ ꝙ ſpũſſan-
ctus ad cor ip̄orũ loquēs dixit eiſ
v̄ba illa que ſcribũt Neemie. viij.
Egredimini in montē. ſp̄. oliueti
obuiā ſaluatori venienti ad locũ
ſui certaminis: ⁊ afferte frondes
oliue ⁊ ramos palmarũ. Et h̄ nō
ſine pulcro myſterio. Frondes ei
oliue attulerũt: ꝓteſtādo xp̄i miſe
ricordiā: ⁊ ꝙ ip̄e in mundũ vene-
rat ad fundendũ oleũ. ſp̄. miſc̄die
⁊ ad ſanandũ vulnera hũani ge-
neris ſaucij ⁊ ſemiuiui. Jp̄e enim
fuit ꝑ figurā illa colũba que por-
tans ramũ oliue tp̄e diluuij venit
ad arcā. ſic̄ habet Gen̄. viij. Jpſe
em̄ tp̄e maximi diluuij in q̄ om̄eſ
hoīes erāt in ꝑiculo et̄ne ſubmer
ſionis venit ad arcā. ſ. eccl̄ie por-
tans ramũ oliue in ſignũ pacis i
ter deũ ⁊ hoīes ꝑ ip̄m repande. At
tulerunt etiā ramos palmarũ ꝓ-
teſtantes ip̄m fore victorē ⁊ trium
phatorē diaboli ꝑ mortem crucꝭ.
Secũdo dico ꝙ honorauerũt
ip̄m ad lr̄am greſſib⁹ corporũ tā-
qꝫ dñatorē orbis. Et hoc pedib⁹
ſuis ei obuiā ꝓcedēdo: qđ notat.
cũ addit. Et ꝓceſſerunt ei obuiaz
Chriſto em̄ tanqꝫ dñatori mũdi
ꝓceſſerũt illi hoīes obuiā ꝓteſtan
tes facto ſuo xp̄i dñiũ ⁊ regimen
vniuerſi. Cōſueuerũt em̄ ſubditi
cũ ꝓceſſiōe honorabili venire ob
uiā dño ſuo veniēti ꝑſonal'r ad ſu
am ciuitatē. Sic fecerũt iſti ſic̄ bo
ni ſubditi ⁊ fideles ſuitores. vnđ
pōt exponi de xp̄o illud qđ ſcribit
de Jacob Gen̄. xxxij. Fuerũt ei ob
uiam angeli dei. Jſti em̄ obuian
tes ꝓ tāto pn̄t dici angeli: qꝛ hũili
ter ⁊ reuerēter xp̄m ſic̄ ſuũ verum
dñm honorauerũt. Tertio di-
co ꝙ iſti honorauerũt xp̄m ſic̄ ſu
um verꝫ dñm vocib⁹ pectoꝝ ſicut
reparatorē ⁊ ꝯſũmatorē pacꝭ. ⁊ hoc
ſuis labijs ab eo ſalutē poſtulan
tes: ip̄mqꝫ ſaluatorē ꝓteſtantes.
qđ notat. cũ đr. Et clamabāt oſā-
na. Oſanna em̄ ſm̄ Hiero. eſt di-
ctio hebraica cōpoſita ex integro
⁊ corrupto. Oſi em̄ grece idē ē qđ
ſalua latine. Anna: ſm̄ eundē ē in
teriectio obſecrātis. Sicut pape ē
interiectio admirātis. Et heu interie-
ctio dolentis. Anna ergo hebrai-
ce idem eſt quod obſecro latine.
Senſus ergo erat. Oſanna. id ē.
obſecro ſalua. Et ſi ambe dictio
nes eſſent integre tunc deberet di
ci Oſianna ſed prima dictio ē cor
rupta. et dicitur Oſanna. Et ſunt
iſta verba que dixerunt iſti hoīes
chriſto ſumpta de Pſ̄. vbi dici-
tur ſic hebraice O adonai oſanna

Sed latine dicit̃ ſic. O dñe ſaluū
me fac.o dñe bñ ꝓſperare:bñdi/
ctus qui vētur⁹ es in noīe dñi.h̄
eñ p̄dictū fuerat de xp̄o Sed iſti
hoīes vt videt̃ crediderūt h̄ eē im
pletū. Et ideo nō dicebāt bñdict⁹
qui ventur⁹ eſt:ſed bñdict⁹ q̇ ve/
nit in noīe dñi rex iſrael. Dicit̃ ḡ.
Acceperūt ramos pal.ꝛc̄. R
Circa primū ſciendū ꝙ nos fi/
deles exemplo illorū hoīm por/
tamus hodie ramos in ꝓceſſione
quā facim⁹ in quadruplex ſignū
Quorū primū eſt q̄ztū ad chriſtū
Tria ꝟo alia q̄ztū ad nos. Por/
tam⁹ eñ ramos q̄ztū ad chriſtū
In ſignū ſubiugationis inimi/
corū. Sed portam⁹ ramos q̄ztū
ad nos In ſignū fructificatiōis
meritorū. In ſignū etiā deteſta
tionis viciorū. In ſignū etiaꝫ ꝓ/
teſtationis gaudiorū. De q̇bꝫ
oībꝫ exponi pōt illud qḋ ſcribit̃
Leui.xxiij. Sumetis (d̄r nob̄) fru
ctus arboris pulcerrime:ſpatulas
q̄ꝫ palmarū:ꝛ ramos ligni denſa
rum frondiū:ꝛ ſalices de torrēte:
ꝛ letabimini coraꝫ dño deo vr̄o.
In qua q̇dē auctoritate fit men/
tio de palmis. De ramis. De ſali/
cibus ꝛ de fructibꝫ ꝛ de leticia de
bite regulata. Proſeq̄mur ḡ iſta
ſic Sumetis vob̄ (dicit ſpūſſcūs)
ſpatulas palmarū:ꝛ hoc q̄ztū ad
xp̄m.in ſignū vicꝫ.ſubiugationis
inimicoruꝫ. Portam⁹ eñ hodie
ſpatulas.i.ramos palmarū.in ſi
gnum ꝙ xp̄s dñs tā nobilē victo
riam obtinuit ꝑ mortē crucis de
hoſte. Et ꝙ ip̄e iā aſcendit in pal/
mā:ꝛ iā app̄hēdit fruct⁹ ei⁹:q̇ fue
runt victoria de diabolo:ꝛ expe/
ditio humani generis ab ei⁹ ꝟui/
tute. Cañ.vij. Dicit̃ aūt ſecūdo q̄z
tū ad nos. Sumetis vobis fru/
ctus arboris pulcerrime.in ſignū
fructificatiōis meritorie. Deſigna
mus eñ ꝑ iſtos ramos ꝙ iā fru
ctificauerim⁹ merita vel ſaltē pro
ponimus fructificare. ꝟm Heb.
Arbor pulcerrima:de qua fit hic
mentio:eſt cui⁹ fruct⁹ ſunt mala
punica que quidē arbor ſemper
habet botros:folia:flores:ꝛ fru/
ctus:ꝛ in qualibet differētia.ſ.te/
neros:virides ꝛ maturos. Sic
aīa cuiuſlibet hoīs hodie digne
ramos deferētis:debet ſemꝑ ha/
bere botros ſancte meditationis.
Folia honeſte cōuerſatiōis. Flo/
res odorifere opiniōis. Et fruct⁹
meritorie actiōis. Teneros q̇deꝫ
ꝑ vite innouationē:virides ꝑ iu/
gem executionē. Et maturos ꝑ fi
nalem cōſūmationē. De iſtis fru/
ctibꝫ dicit nobis p̄curſor Luc̄.iij.
Facite dignos fruct⁹ penitentie.
Et apl̄s ad Ro.vj.dicit ꝟis peni
tentibꝫ cuiuſmodi debēt eē oēs
qui hodie portāt ramos ſic. Nūc
ꝟo liberati a pctō:ꝟui āt facti dō o
habetis fructū veſtrū in ſanctifi/
cationem:finē ꝟo vitam eternam
Nō ſic aūt de peccatis:de q̇bꝫ ſta
tim ſupra dixerat. Finis illorum
mors eſt. Ergo dicit̃ nob̄ hodie.
Sumite vobis fructus arboris
pulcerrime.i.aīe ſcē.cui⁹ fruct⁹ ſūt
oꝑa meritoria vite. S Ad/
huc dicit̃ tertio q̄ztū ad nos. Su/

mẽtis vob ramos ligni denſarũ
frondiũ ꝛ ſalices de torrente: ꝛ hꝰ
in ſignũ deteſtatiõis vitiorũ. Ra
mi em̃ ligni denſarũ frondiũ: ꝛ p̄
cipue ſalices de torrẽte ſemꝑ ſunt
virides: ꝛ p̄cipue ſalices ꝓpter hu
morẽ torrẽtis. Nũc aũt q̃ꝫdiu eſt
aĩa in pctõ mortali: ꝛ ſubdita vi/
tijs: eſt tota ſicca ꝛ arida: ſic̃ terra
ſine aqua: ac ꝑ hoc ſterilis ꝛ infe/
cunda. Sꝫ qñ ꝑ lachrymoſam cõ
punctionẽ ꝛ vitiorũ deteſtationẽ
intrat in ip̄am humor diuine gr̃e
tunc pellit̃ ab aĩa omnis ſiccitas
oĩſqꝫ ſterilitas: ꝛ q̃ priꝰ tota erat
arida ꝛ infructuoſa: fit virẽs ꝛ fe/
cũda. Uñ illi q̇ digni portant ho
die ramos virides ꝛ florẽtes: ma
nifeſte deſignãt ꝙ ip̄i om̃ia vitia
deteſtent̃: alias falſe ꝛ ſine ꝟitate
portãt romos. Illi autẽ q̇ digne
portant ſuo mõ vincũt vitia. ſicut
xp̄s triũphauit de hoſte. Undꝰ de
iſtis põt exponi illud qꝰ dicitur
Judicũ. ix. Certatim ramos p̄ci/
dentes de arboribꝫ ſequebant̃ du
cem. Iſti em̃ ſequunt̃ ducẽ ſuũ. ſ.
xp̄m q̇ in virtute ſua de vitijs triũ
phant. vñ de iſtis etiã exponi põt
illꝰ qꝰ ſcribit̃. ij. Machab. j. Ra/
mos virides p̄ferebãt iude. id eſt
xp̄o ꝑ iudã figurato. Adhuc q̃r
to dicit̃ nob. Et letabimini coraꝫ
dño deo veſtro. ꝛ hꝰ in ſignũ pro/
teſtatiõis gaudiorũ. Certe qui di
gne portãt hodie ramos: euident̃
ꝓteſtant̃ ꝙ ip̄i interius gaudent
in ſuis mẽtibꝫ leticia ſp̄ũali: ac ꝑ
hꝰ ꝙ ſunt iuſti. qꝛ nullus niſi iu/
ſtus põt iſto gaudio exultare. ꝓpt̃

q uod dꝛ in pſ̃. Letamini in dño
ꝛ exultate iuſti ꝛc̃. Et alibi in pſ̃.
Juſti epulent̃ ꝛ exultent in cõſpe/
ctu dei: ꝛ delectent̃ in leticia. Ueꝝ
iſtud gaudiũ licꝫ nõ poſſit ſimul
eſſe cũ dolore vel triſticia ſibi op
poſitis. cõpatit̃ tñ ſecũ aliquẽ pi/
um dolorẽ ꝛ ſanctã triſticiã de ali
quibꝫ: vtpote de pctĩs que hõ cõ/
miſit. De damnatiõe ꝓximorum
De dilatione celeſtis leticie. Et de
ꝓrogatiõe p̄ſentis miſerie. hec em̃
nullo modo ſibi opponũt̃. Quia
ſm Aug. Uerus penitẽs dolet dꝰ
peccatis ſuis: ꝛ de dolore gaudet
In ſignũ cuiꝰ ſtatim poſt iſtũ ho
norẽ quẽ iſti hoĩes fecerũt xp̄o de
quo poterat gaudere: fleuit ſuper
ciuitatẽ. ſic̃ habet̃ Luc̃. xix. Stati
etiã poſt iſtã ꝓceſſionẽ gaudioſã
ĩcipimꝰ officiũ de doloroſa paſ/
ſione ſaluatoris. In ſignũ ꝙ xp̄s
ſm ap̄lm ad Heb. xij. Propoſi/
to ſibi gaudio ſuſtinuit crucẽ ꝛc̃.
Et in ſignũ etiã ꝙ ſm ꝙ dꝛ Pro
uerb. xiiij. Riſus dolore miſcebi
tur: ꝛ extrema gaudij luctus oc/
cupat. ¶ Eſt aũt ſciendũ cir/
ca iſtos ramos moralr̃ loquẽdo.
ꝙ nos legimꝰ in ſcp̄tura quattu/
or genera ramorũ. ſ. ramos lyba/
ni. Oſee. xiiij. Erũpet radix eiꝰ vt
lybani. ibunt rami eius. Ramos
etiã oliue. ſicut ſupra dictum eſt.
Et innuit ap̄ls ad Roma. xj. Ra
mos etiã palmaꝝ. Eccĩ. l. Circa il
lum ſteterunt quaſi rami palme.
Ramos etiam therebinthi. vnde
Eccĩ. xxiiij. Ego (dicit ſapiẽtia) q̃ſi
therebinthꝰ extendi ramos meos

⁊ rami mei rami honor⁊ ⁊ gratie. Moral'r loquēdo illi portāt hodie ramū lybani: qui interp̄tatur candidatio. qui p̱ caſtitatē vincūt carnis luxuriā. Sȝ illi portāt hodie ramos oliue. qui per pietateȝ vincūt auariciaȝ: que odit omnē miſcōdiaȝ: quā oliua deſignat. Sȝ illi portant hodie ramos palmarū: qui p̱ longanimitatem vincūt om̄em mentis incōſtantiā ⁊ īpatientiā: Palma em̄ eſt arbor multum longeua. Sed illi portāt hodie ramū therebinti: qui p̱ humilitatem vincunt ſup̱biā. Eſt eī therebint⁹ arbor breuis ⁊ nig: multum tñ odorifera: ⁊ fructifera: ⁊ q̄ longe extendit ramos ſuos. Sic dico ꝙ aīa ſancta p̱ verā humilitatem eſt breuis ⁊ nigra in oc'lis ſuis ⁊ deſpecta. Sȝ eſt multum odorifera deo: ⁊ angelis multuȝ fructifera. Quia ſcḋm Greg⁊. Qui ſine humilitate v̄tutes cōgregat. quaſi paleas in ventū portat. Extendit etiam multū longe ramos ſuos. quia q̄ ſe humiliat exaltabitur: dicit ſaluator. Et oratio hūiliantis ſe nubes penetrat. dicit ſapiens Eccī. xxxv. Idem poſſet dici de ramis ſynapis. De q̄bꝫ dicit ſaluator Matth. xiij. ſic. Granuȝ inq̄t ſynapis min⁹ eſt om̄ibꝫ ſeminibus. Cū aūt creuerit: maī⁹ ē oībus oleribus. Et fit arbor. ita vt volucres celi habitēt ī ramis ei⁹. Hec omnia exponi poſſunt de v̄tute humilitatis que inter omnes v̄tutes eſt minima effectiue: quia homines minimos efficit in ocu lis ſuis. Reuera rami humilitatis ſunt rami honoris et gratie: vt dictum eſt ſupra de ramis therebinti. Quia in ramis eius vt hic dicit̄. volucres celi. i. iuſti viri habitant ⁊ quieſcunt. V Pro dolor in multis hominib⁹ iſti rami ſiccantur per cupiditatem. ſup̱. tam carnis q̄ȝ mundi: vnde dicitur de iſtis ramis q̄ȝtum ad peccatores Job. xv. Ramos eiuſ arefaciet flāma. Flāma dico cupiditatis tam carnalis q̄ȝ mundane. In quibuſdā rami iſti ſecant̄ ⁊ franguntur p̱ inſtabilitateȝ: vn̄ dicitur de talibus Sapieñ. iiij. ꝙ rami talium infirmiter poſiti a vento. ſcȝ mundane vanitatis aduerſitatis ⁊ ſuperbie cōmouebūtur ⁊c̄. Sequitur. Confringētur em̄ rami incōſūmati. In quibuſdam autem decorticantur ⁊ ſpoliantur propter turpis vite oſtenſionem: vnde peccator talis poteſt dicere illud Johel'. j. Ficū meam decorticauit: nudauit ⁊ ſpoliauit. ſup̱. mea turpis vita. Et rami eius albi facti ſunt. id eſt. tota vita mea: ⁊ om̄ia opera mea ſine cortice ⁊ ſine virore hominibus apparent. In quibuſdam etiaȝ īmo in omnibus pctōribus rami iſti fedantur propter demonum habitatiōeȝ. Dañ. em̄. iiij. dr̄ ꝙ in ramis illi⁹ arbor⁊ quā vidit ille rex babylōis ꝯuerſabāt̄ volucres celi. i. demōes q̄ dicunt̄ volucres celi eo ꝙ hītāt ī celo. i. ī iſto aere caliginoſo. Certe ī rāis. i. ī cogitatōibꝫ ⁊ affectionibus verbis ⁊ op̱ibus

taliū ꝯuerſant habitāt ꝛ quieſcūt
demones.ac ꝑ hoc cū ipi ſint im/
mūdi ſpūs oīa iſta fedāt. Pro
deo chariſſimi portem⁹ ramos vi
rides nō ſiccos:integros nō fra/
ctos:veſtitos cortice nō nudos.
ꝛ in quib⁹ angeli habitēt ꝛ demo
nes fugiāt. Quia q̇ ī talib⁹ ramis
cōmorant ꝛ tales ramos portāt:
morant in ramis ſapiētie. De q̇b⁹
dr Eccī.xiiij. Qui ſub ramis ſapi
entie morabit ꝓteget ſub tegmīe
illius a feruore:ꝛ ī gloria eius re
quieſcet. X Circa ſecūdū ſciē/
dum ꝙ in iſta ꝓceſſione quā ho/
die facimus xp̄o ꝓteſtamur q̄ttu
or.ſ. Obſequiū hebraice venera
tionis. Impiū dñatiōis. Cir/
cūitū humane ꝑegrinatiōis. Et
occurſum extreme obuiationis.

Dico primo ꝙ faciēdo iſtā pro
ceſſionē nos ꝓteſtamur ꝛ rep̄ſen/
tamus obſequiū. Rep̄ſentamus
em̄ illā gaudioſam ꝓceſſionē q̄m
iſta die fecerūt hebrei dño ieſu xp̄o
obuiātes ei veniēti in hieruſalem
cū ramis palmarū ꝛ ꝓceſſerunt
ei obuiā.magnis vocib⁹ laudan
tes eum.ſicut dicit in iſto verbo.
Acceperūt ramos palmarū ꝛ pro
ceſſerūt ei obuiā ꝛc̄. De qua ꝓceſ
ſione gaudioſa fuerat dictū pro/
phetice Zach.ix. Exulta ſatis filia
ſion:iubila filia hieruſalē ꝛc̄. Vn̄
in iſta ꝓceſſiōe fuit verificatū illō
pſ̄. Miſcōia ꝛ ṽitas obuiauerūt
ſibi. Miſcōia q̇dē xp̄i venientis.
Et ṽitas ꝓphetie p̄dicētis q̄ tunc
fuit impleta. Itē fuit tūc verifica/
tum verbū ſapiētis Prouer.xxix.

Pauꝑ ꝛ creditor obuiauerūt ſi/
bi. Pauꝑ quidē ille ꝓplus. Credi
tor quidē xp̄s qui credit omī ho/
mini bona que habet. Secun
do dico faciēdo iſtā ꝓceſſionē ꝓ/
teſtamur q̄ꝫtū ad xp̄m impiū vni
uerſe dñationis. Illi em̄ (vt dictū
fuit ſupra) ꝓceſſerūt obuiā xp̄o ve
nienti humiliter ꝛ reuerēter ſicut
ſubditi dño ſuo. Qō ꝛ nos debe
mus facere ſicut dicit d̄ illis ꝙ ex
ierūt de ciuitate obuiā illi.ij. Ma
chab.x.nos em̄ debem⁹ exire de ci
uitate toti⁹ mūdi obuiā xp̄o ꝓte/
ſtantes in eo vniuerſum domini
um. Tertio dico ꝙ ꝓteſtamur
q̄ꝫtū ad nos circūitū hūane ꝑegri
nationis. Exiuim⁹ em̄ modo de
eccl'ia.circūiuim⁹ clauſtrū vel ci/
miteriū.ꝛ reuertimur in eccleſiaꝫ
ſed ꝑ aliud hoſtiū. Et certe hoc fa
ciendo ꝓteſtamur ꝛ repñtam⁹ ꝙ
hoīes exiuerunt de paradiſo per
pctm̄ primi hoīs ꝛ ꝑ mūdū iſtuꝫ
faciūt longū circūitū:reuertentes
in celum ꝑ portā iuſticie q̇ exiue/
runt ꝑ portā inobedientie. Certe
iſto tempe q̄ꝫ maxime qñ xp̄s pro
ceſſit ad pugnā contra hoſtes. Et
qñ etiā temp⁹ eſt quo ſolēt reges
ad bella ꝓcedere:nos etiaꝫ debē⁹
ꝓcedere ad pugnā cōtra multos
hoſtes. Sicut em̄ filij iſrael circū
iendo deſertū inuenerūt multos
hoſtes:cōtra q̄s in pugnā ꝓceſſe
runt.ita ꝛ nos mūdū iſtū circūiē
do oportet cōtra multos hoſtes
pugnare.ſic filij iſrl' ꝓceſſerūt ad
uerſus philiſteos.ſicut dr.j. Re.
xvij. Hoc ei ē tp̄s.ſ.toti⁹ vite pñtꝭ

quo ſolēt reges.i.iuſti viri.qui be
ne regūt ſe.ad bella ꝓcedere.De q̊
ij.Regū.xj. Nobis em̄ dicit̄ Hie
remie.xlvj. Prepate ſcutū.ſ.fidei
⁊ clipeū.ſ.iuſticie.⁊ꝓcedite ad bel
lū. ɏ Quarto dico ꝙ faciēdo
iſtā ꝓceſſionē ꝓteſtamur ⁊ repn̄ta
mus occurſum extreme obuiatio
nis.qn̄.ſ.ꝓcedemꝰ obuiaʒ xp̄o in
aere pꝰ reſurrectionē. De q̊ ſcribit̄
.j.ad Theſ.iiij.Qn̄ ēt ꝓcedēt q̇ bo
na fecerūt i reſurrectiōeʒ vite.⁊ q̇
mala egerūt in reſurrectionē iudi
cij Job.v. Qn̄ etiā ſubito clamor
fiet.Ecce ſponſus venit:exite ob/
uiam ei Matth.xxv.Faciētes em̄
iſtā ꝓceſſionē debemus meditari
de iſta vltima ꝓceſſione ⁊ obuia/
tione ſm̄ quā differēter ꝓcedēt ele
cti ⁊ reprobi:⁊ differēter obuiabūt
xp̄o.Pro iſtis oībus exponi pōt
vocal'r ⁊ etiā aliq̊ modo real'r illō
qō dicit̄ cuilibet nr̄m ꝑ ſpm̄ ſan/
ctū in pſ̄. Specie tua ⁊ pulchri/
tudine tua intēde ꝓſpere ꝓcede ⁊
regna.Quāuiſ em̄ iſta ꝟba dicta
fuerūt xp̄o ad lr̄am.oībus tn̄ fi/
delibus q̇ ſunt corpus xp̄i myſti/
cū fuerūt dicta.Eccl'ia em̄ recipit
iſta tāq̄ʒ dicta multis alijs preter
xp̄m:ſicut ptʒ de virginibꝫ. Jn q̄
quidē auctoritate tāgunt̄ quedā
q̄ ſunt neceſſaria hodierna die ꝓ/
cedentibus digne. Primū eſt
ſctitatis īchoatio.q̄ ſolū eſt in mē
te.ꝓ qua dicit.ſpecie tua. Secū
dū eſt ſctitatis declaratio.q̄ for/
mal'r ꝯſiſtit in exteriori ope vel exē
plo.ꝓ q̄ dicit.⁊ pulchritudie tua.
Tertiū eſt ſctitatis approbatio
que ꝯſiſtit in rectitudine intentio
nis ꝓ q̄ dicit.intēde ꝓſpe.Quātū
cū q̄ʒ eniʒ eſſent opa bona ⁊ iuſta
ex genere:nūq̄ʒ tn̄ approbarent̄ a
deo niſi eſſent facta recta intentio
ne.que quidē intētio tūc eſt ꝓſpa
qn̄ eſt recta ⁊ in ſolū deū extenta.
ſm̄ enī talē intentionē ꝓſpat̄ hō
in cunctis que facit. Quartū eſt
ſctitatis augmētatio ꝓ qua dicit̄
ꝓcede.Digne enī ꝓcedenti hodie
neceſſariū eſt ꝙ ſaltē habeat ꝓpo/
ſitum ꝓcedēdi de virtute in virtu
tē.ac ꝑ hoc augmētandi ſctitatem
q̄ ſm̄ Bernh.Jn via dei nō pro/
gredi regredi eſt. Quinto tangi
tur ſctitatis ꝯſūmatio.q̄ erit cele/
ſtis regni poſſeſſio quā ſpat firmi
ter ſpe ꝓueniēte ex meritis omnis
digne ꝓcedens.ꝓ quo dicit̄.⁊ re/
gna.Certe qui in fine fuerit inuē/
tus cū q̄ttuor p̄dictis ⁊ cū iſta fir
ma ſpe regnū eternū obtiebit.vn̄
ſibi dicetur.regna.Prochdolor
multi ſunt qui nō ꝓcedūt cū ſpe/
cie ⁊ pulchritudine nec cū recta in
tentione.q̇ nō habēt ſctitatē in cor
de.Et ſi oſtendūt ope:nō tn̄ intē/
dunt honorē dei:ſed fauorē mun
di:nec ꝓcedūt de virtute in virtu
tem:ſed potius retrocedūt.vel de
malo ad peius ꝓcedūt.Jſti ſunt
qui ex more ſuo ꝓcedūt ad ducē/
dos choros.i.ad gaudendū non
in dn̄o:ſed in mūdo:⁊ iō rapiun
tur ſepe a demonibꝫ:ſicut dicit̄ de
illis virginibꝫ Judicū vltīo.Jſti
etiā ſunt q̇ ꝓcedūt ad maledicen/
dū xp̄o ⁊ ſi nō verbis ꝯtinue:ſaltē
factis.ſicut dicit̄ de illo ſemei ꝙ

ꝓcedebat egrediẽs ⁊ maledicebat
dauid ſicut dicit̃ ij. Reg. xvj. Nõ
ſic ſit de nobis cariſſimi: ſꝫ ꝓceda
mus cũ illis. xxiiij. ſenioribꝫ: de q̇/
bus dicit̃ Apoc. iiij. ꝙ ꝓcedebant
ante ſedentẽ in throno: ⁊ adora/
bant viuentẽ in ſecula ſeculoꝝ. ſic
⁊ nos ꝓcedamꝰ. ¶ Circa ter/
tiũ, ſciendũ ꝙ nos honoramus
xp̃m vocibus pectoꝝ. ſicut reꝑato
rẽ ⁊ ꝯſũmatorẽ pacis. qđ ⁊ illi fa/
ciebãt. ab eo ſalutem poſtulãdo.
qđ notat̃ cũ ſubdit̃. Et clamabãt
Uñ eſt notandũ ꝙ illi hoĩes qui
erãt vel ſimpliceſ vl' pueri ¶ Pri
mo pandebãt internã affectionez
ſeu deuotionẽ: q2 clamabãt. vnde
clamor iſte erat indiciũ interne de
uotionis. vñ poterat q̇libet dicere
illđ pſ̃. De ꝓfundis. ſ. cordis mei
clamaui ad te dñe. Ita ⁊ nos cla/
moribus ac vocali laude debe/
mus hodie pãdere internã deuo/
tionẽ. vt poſſet q̇libet dicere illud
aliud pſ̃. Clamaui in toto corde
meo ⁊c̃. Secũdo petebãt opta/
tã ſaluationẽ: q2 dicebãt oſanna
qđ eſt dictũ latine. ſalua obſecro
vt eſt dictũ ſuꝑius. Recordabãt̃
eñ iſti de illo ṽbo pſ̃. vñ ſumptũ
eſt iſtud oſãna ẜm Hiero. O dñe
ſaluũ me fac. In hebreo eñ habe
tur ſic O adonay oſãna Matth.
aũt xxj. dicit̃ ſic ꝙ illi clamabãt di
cẽtes Oſãna filio dauid. i. ꝑ filiũ
dauid. q̇ eſt xp̃s eſt nobis ſalus.
Sciebãt eñ ex ſcripturis ꝙ de ſe
mine dauid vẽturus erat xp̃s qui
ſaluaret eos. Et tũc ly filio dauid
tenet̃ ablatiue. Uel ſi teneat̃ dati/
ue ly filio dauid: tũc debet ſic pũ/
ctari. Clamabãt filio dauid. oſan
na Sic ⁊ nos đbemꝰ ab eo petere
finalẽ effectũ ſaluatiõis ꝑ paſſio/
nẽ ipſius iã acq̇ſite. dicẽtes Oſãna
. i. ſalutẽ eternã quã moriens nob
acq̇ſiſti: final'r nobis ꝯcede. Et cer
te nos dignꝰ ⁊ iocũdius debemꝰ
hoc petere q̃ȝ ip̄i et fidelius. Qm̃
ip̄i tm̃ ſperabãt iſtã ſalutẽ nõduȝ
acq̇ſitã ſed acq̇rendã. nos autem
firmiter credimus iã eſſe acq̇ſitã
⁊ ſperamꝰ nobis final'r exhiben/
dam. Ergo dicat ei q̇libet noſtrũ
oſanna. i. obſecro ſalua. ſ. relaxan
do culpã. cõmutãdo penã. confe/
rẽdo grãm. ⁊ tãdẽ gloriã. De xp̃o
eñ ꝓmiſſa fuit iſta ſalus Eſaie.
xxxiij. Dñs iudex noſter ⁊c̃. ſequit̃
Ip̃e ſaluabit nos. ¶ Tertio
ſoluebãt iocundã laudationẽ. cũ
addebãt. bñdictꝰ. In pſ̃. enĩ pre/
dictũ fuerat Bñdictus q̇ ventu/
rus es. ſed nos debemus dicere
cũ iſtis. Bñdictus q̇ venit. vere
bñdictus xp̃s. in oĩbꝫ locis, ꝓpter
ĩmenſaȝ preſentiã maieſtatis. pſ̃.
In omni loco dñationis eius: be
nedic anima mea dño. In oĩbꝫ
etiam horis, ꝓpter continuã influ
entiã bonitatis Pſ̃. Benedicam
dñm in omni temꝑe. Omnibꝫ eti/
am votis, ꝓpter aſſumptionẽ hu/
manitatis Pſ̃. Benedic anima
mea dño: ⁊ omnia que intra me
ſunt nomini ſancto eius. Et Luc̃
ꝓmo. Benedictus dñs deus iſrl'
quia viſitauit ⁊ fecit ⁊c̃. Benedi/
ctus etiam omnibꝫ modis ꝓpter
oblationem felicitatis ꝓpter quã

dicebat ille Tob.xiij.Benedicite
dn̄m oēs electi eius ꝛc. Quar/
to ꝛ vltimo recognoſcebāt excelſā
iuriſdictionē in xp̄o.cū dicebant i
noīe dn̄i.i.habēs rem ꝛ nomē ve
ri dn̄i tanq̄ȝ fili⁹ et heres regni da
uid.vn̄ Mat.xxj.dr̄.ꝙ iſti hoīes
dicebant ſic.Bn̄dict⁹ q̄ venit i no
mine dn̄i:bn̄dictū qđ venit regnū
p̄ris nr̄i dauid.Cui⁹ ſp̄.iſte ē ve/
rus dn̄s ꝛ heres vl'is.ac ꝑ hoc et
rex iſrael:ſic iſti dicebāt.vel in no
mine dn̄i.ſ.dei p̄ris.ſic naturalis
fili⁹ ꝛ heres ſui regni.quē cōſtitu/
it heredē vniuerſoꝝ ꝑ quē fecit ꝛ ſe
cula.ad Heb.j.Quocūq̄ȝ mō ex/
ponat̄ in noīe dn̄i.ſemꝑ habet̄ ꝙ
iſti ꝯfitebant̄ xp̄m eē dn̄ȝ.Et nos
idem debemus confiteri longe fi
delius q̄ȝ illi.Scriptum enim eſt
in pſ.Dn̄s nomen eſt illi.Sic igi
tur patet quō iſti homines hono
rauerunt chriſtū frondib⁹ arboꝝ
Greſſibus corporum ꝛ vocibus
pectorum.Et iſta tria hodie fide/
les faciunt ad imitationem iſtoꝝ
Portāt enim hodie ramos ꝛ flo/
res.Credendum enīȝ eſt ꝙ illi ra/
mi quos iſti portabant.aliq̄ erāt
floridi:quia tempus erat vernuȝ
Procedunt etiam extra eccl'ie fo/
res:ꝛ promūt voces ꝛ laudes.di
centes.Gloria laus.ꝛ alia multa
Placeat iſti dn̄o ꝙ ſic laudem⁹ ꝛ
honoremus ipſum vt tandem in
nomine ipſi⁹ ſaluari mereamur.
iuxta illud Pſ.Deus in nomine
tuo ſaluum me fac.Quod nobis
cōcedat ipſe ieſus chriſtus.Qui
cum patre ꝛc.Amē.

¶ Sermo.II.de eodem.

Ecce rex tu
us venit tibi Mat.xxj.
B In dieb⁹ p̄cedenti
bus actū ē de multis effectib⁹ qui
ſunt in fidelib⁹ virtute ac merito
dn̄ice paſſionis.Hodierna vero
die agit̄ de q̄daȝ alio effectu:q̄ eſt
xp̄i laudatio ꝛ ꝓ impēſis bn̄ficijs
grāꝝ actio.Quāuis em̄ an̄ aduē
tum ieſu xp̄i multi hoīes ip̄m lau
dauerint:ꝛ eidem grās egerint ꝓ
pter ſalutis ꝛ redēptiōis bn̄ficiū
qđ ꝑ ip̄m obtinere ſperabāt.plu/
res tn̄ incompabil'r poſt ipi⁹ paſ
ſionem dignius:fidelius:iocūdi
us ꝛ ſolēni⁹ laudāt xp̄m ꝛ eidem
grās agunt ꝓpter ſalutis ꝛ redem
ptionis bn̄ficium:qđ certa fide iā
credunt eſſe obtentum ac eis exhi
bitum:v̄tute ꝛ merito dn̄ice paſſi
onis.Illi em̄ ſolū ſperabāt futu/
rum.ſed nos tenem⁹ iā factū.Iſti
aūt ꝛ illi laudatores xp̄i intelligū
tur ꝑ illos de quib⁹ dicit̄ in hodi/
erno euangelio beati Mat.Et q̄
p̄ibant ꝛ qui ſequebantur clama
bant Oſanna.i.obſecro ſalua.Il
li em̄ qui preibant.i.qui xp̄m lau
dauerunt ante ſuam paſſionem.
dicebant oſanna.id eſt.ſalua ob/
ſecro:ſolum propter ſpem quam
habebāt de ſalute per chriſti mor
tem obtinenda.Sed illi qui ſe/
quuntur.id eſt.qui laudant chri
ſtum poſt eius paſſionem dicūt
Oſanna:non ſolum propter ſpeȝ
ſed etiam ꝓpter rem.Quia credūt
ſalutē iā real'r eē acq̄ſitaȝ ꝑ chriſti

paſſionē: q̄ꝫuis adhuc ſperent fi/
nalem effectū: qui erit fruitio bea
tifica. Et idcirco digni⁹ ꝛ efficaci⁹
laudare debēt: dicētes cū angelis
illud Apoc̄. iiij. Dignus ē q̇ occi/
ſus ē accipe honorē ꝛ gloriā ꝛ bn̄
dictionē. Ad iſtā aūt laudē zacha
rias ꝓpheta. ix. c. ſue ꝓphetie horta
tus fuit iſtū populū dicēs. Exul/
ta ſatis filia ſion: iubila filia hie/
ruſalem. Ecce rex tu⁹ venit tibi ꝛc̄.
Quoꝝ q̇dē verborū recitat ꝑticu
lam Mat. in iſto euāgelio dicēs.
hoc aūt totū factū ē ꝛc̄. Et nō ſolū
hortat⁹ eſt illū ꝓplm hebraicuꝫ q̇
erāt ꝓ maiori ꝑte ſimplices vl' pu
eri: verūetiā ꝛ pn̄cipali⁹ ē hortat⁹
chriſtiāos ꝓplos filios eccl'ie ſpō
ſe xp̄i. Qui digni⁹ ꝛ iocūdi⁹ lau/
dare debēt xp̄ꝫ q̄ꝫ alij ꝓp̄ tria. Tū
quia ille ꝑſone erant ſion ꝛ hieru
ſalem terreſtris. Perſone aūt fide
les ſunt filie ſyon ꝛ hieruſaleꝫ ce/
leſtis. Tū etiam qꝛ ꝛ ſi illi erāt vel
ſimplices vel pueri. xp̄iani aūt de
bent habere oculum intentionis
magis ſimplicē ꝛ magis debēt eē
elongati ab om̄i dolo ꝛ fraudulē
tia. Magis etiā debēt eſſe pueri
nō ſenſibꝫ ſed ꝑuuli malicia. Tū
etiā qꝛ illi ſm̄ Chryſ. neſciebāt q̇d
laudabāt: xp̄iani aūt ſciunt quid
laudant: qꝛ xp̄m redēptorē. Et ꝓ/
pter q̇d laudant. ꝓp̄ hoc vicꝫ. q̇a
cū oēs hoīes eēnt ſubiugati dia/
bolo nō poſſent liberari ab ei⁹ ſer
uitute niſi ꝑ aliquē hoīem fortio
rem ꝛ potentiorē diabolo qui nō
poſſet eē aliq̇s pur⁹ hō. ieſus xp̄s
de⁹ ꝛ homo ꝑſonal'r voluit cōfli/
gere cū diabolo: vt hūanū genus
eriperet a ſua ꝑtāte: vnde hodierna
die ꝑſonal'r venit ad locum certa
minis ꝛ in ꝓpria ꝑſona comparu
it. Sicut dicit oībꝫ hoībꝫ verbuꝫ
ꝓpoſitū. ſ. Ecce rex tuus venit tibi.
Quod ē ſumptū de zacharia. ix. c.
Et a Mat. euāgeliſta in iſto euā/
gelio repetitū. q̄ſi diceret vterq̄ꝫ oī
bus hoībꝫ ſpecial'r xp̄ianis omi/
bus in cōmuni ꝛ cuilibet in ſingu
lari. Exulta ꝛ iubila nō ſolū exul/
tatione ꝛ iubilatiōe corꝑali: ſic̄ ex
ultauerunt ꝛ iubilauerūt illi he/
brei: ſed pn̄cipali⁹ exultatiōe ꝛ iu/
bilatione ſpūali. Quare h̄. ſubdit
cauſa. Ecce rex tu⁹. ſ. xp̄s ieſus ve/
nit tibi. i. ad cōfligendū ꝓ te cum
diabolo. Et te ad liberādū de ipſi
us ꝑtāte. Pro illo tūc iſtud venit
erat de pn̄ti. Sed nūc ꝛ ꝯtinue p⁹
eius paſſionē fuit de p̄terito. ¶
Sciendū aūt ꝙ euāgeliſta re/
petens v̄bū ꝓpheticuꝫ introducit
pugilē nr̄m. ſ. xp̄m Pro nobis
ꝑſonal'r compꝑentem. In ſe ſin/
gulariter eminētē. Et nob̄ natu/
raliter attinentem. Perſonalis
aūt pn̄tia arguit ipi⁹ beniuolenti
am. que notat̄. cū dicit euāgeliſta
de xp̄o. Ecce venit. i. ꝑſonal'r ꝓ no
bis comparuit. vn̄ tūc v̄ificatū fu
it illud Eſa. lxij. Dicite filie ſion. i.
xp̄ianorū eccl'ie. que eſt filia ſiō ce
leſtis. Ecce ſaluator tu⁹ venit. Ip
ſe etiam chriſtus potuit tunc di/
cere illud Eſa. lij. Ego ipſe qui lo/
quebar vobis. ſup̄. per alios vt
pote per prophetas: ecce aſſum. i.
perſonaliter compareo: vt ꝓ vob̄

pugnem ⁊ pugnādo ſaluez vos. Predictū eñ erat ꝑ eundē ꝓphetā ꝙ poſtq̄ʒ hoīes diu īuocaſſent ⁊ clamaſſent ad dñm ꝙ ipe exaudiret eos. ⁊ ꝑſonal'r veniēs liberaret eos. vñ ſic dicit Eſa. lxiij. Inuocabis ⁊ dñs exaudiet. clamabis ⁊ dicet ecce aſſum. quia miſericors ſum dñs deꝰ tuus. Singularis aūt eminētia noſtrā erigit defi cientiā. qꝺ notat cū addit Rex tuꝰ. Si enī homo audiuiſſet ꝙ aliqs q̇ nō eſſet rex fortior ⁊ potētior dyabolo veniret ad pugnandū ꝓ eo ꝯtra dyabolū: non fuiſſet ꝯſolatus. q2 nō ſperaſſet victoriā. ac ꝑ hoc nec ſuā liberationē. ſed cū audit ſuū pugilem xp̄m fuiſſe ⁊ eſſe regē: tūc ſꝑare potuit victoriā ⁊ ſuā expeditionē. qꝺ propheta ꝓfitet in pſ̄. dicēs Deꝰ aūt rex noſter ante ſecula: oꝑatus eſt ſalutē in medio terre. Et bñ in medio terre. q2 in monte caluarie q̇ eſt. vt (dicit) ī medio nr̄i habitabilis. Et certe niſi fuiſſet rex ante ſecula (cū nō ſit ptās tꝑalis que poteſtati dyaboli valeat cōꝑari vt dicitur in Job. xlj.) non poſſet dyabolū vincere. ac ꝑ hoc ſalutē nr̄az oꝑari. Bñ ḡ dicebāt illi q̇ cū ramis palmaꝝ hodierna die ꝓcedētes ei obuiā clamātes Oſanna. i. ſaluifica obſecro rex iſrl' Job. xij. Bñ dicebāt q2 ſaluare nō poſſet niſi rex iſrl' eſſet. ⁊ verum dicebāt. quia niſi eſſet rex iſrl'. i. videntium deum ſiue per fidem. ſicut vident omnes fideles viatores. ſiue per ſpem. ſicut vident omnes cōprehenſores: nō poſſet vincere dyabolū quia nō eſſet deus. Naturalis aūt attinētia tribuit nobis cōfidentiam. qꝺ notatur cum dicitur tuus. tibi. i. ille rex qui tibi attinet (eſt eñ frater tuꝰ ⁊ caro tua) venit. i. ad pugnandū ꝓ te ac te liberandū. ergo ſecurus eſto. et cū iocūditate ꝯfide. ſicut enī dixerat ille Baruth ꝓꝓl'o hebraico qui hodie exiuit de hierl'm obuiam xp̄o veniens Baruth. iiij. Circumſpice hierl'm. i. tu popule de hierl'm ad orientem. i. ad xp̄m. qui eſt ille vir de q̄ dicitur Zach. vj. Ecce vir oriens nomen eius Et de quo dicturus eſt alius zacharias. Luc. j. Uiſitauit nos oriens ex alto. ergo circūſpice ad orientē ⁊ vide iocunditatē. ſp̄. per ip̄m tibi venientem a deo. Et q̄libet noſtrū ex q̄ ꝑ paſſionem xp̄i habet requiē ſubiugatis inimicis vt in ip̄o remaneat debet dicere anime ſue illud Pſ̄. Cōuertere anima mea in requiē tuam. i. ꝯſidera requiem tibi datam ꝑ xp̄m: quia ip̄e dñs bene fecit tibi. Quia eripuit animā meam de morte. ſp̄. eterna. ocl'os meos a lachrymis. ſp̄. infernalibus. ⁊ pedes meos. ſp̄. interiores a lapſu. ſp̄. in infernū. niſi ego volūtarie obicem ponā. Dicit ḡ. Ecce rex tuus ⁊c̄. D Circa primū ſciēdum ꝙ iſtud ecce eſt Exhortatiuū triūphalis ꝓceſſiōis. Preſentatiuū perſonalis oblationis Premōſtratiuū generalis collectionis. Et exhibitiuū ſalutaris redēptionis. De iſtis q̄ttuor

poſſumus ꝯueniēter exponere ꝓ/
pheciā zacharie ſcriptā Zach.ix.q̄
ad lr̄am de iſtis q̄ttuoꝛ fuit. Dicit
em̄ ſic Exulta ſatis filia ſyon. iu/
bila filia hierl'm. Ecce rex tuus ve
nit tibi iuſtus ⁊ ſaluatoꝛ.ipe pau
per. Et aſcendēs ſuꝑ aſinā ⁊ ſuꝑ
pullū aſine.⁊ diſꝑgam quadrigā
ex effraym ⁊ equū de hierl'm. Et
diſſipabit̄ arcus belli.⁊ loquetur
pacem gētibus.⁊ ptās eius a ma
ri vſqꝫ ad mare.⁊ a fluminibꝰ vſ/
qꝫ ad fines terre. Tu quoqꝫ ī ſan
guine teſtamēti tui emiſiſti vin/
ctos tuos de lacu ī q̄ nō eſt aqua.
De ꝑmo Exulta ſatis filia ſyon.
iubila filia hierl'm. Hoc dicitur
q̄ꝫtum ad primū.ſ.q̄ꝫtū ad triū/
phalem ꝓceſſionē:que hodie fa/
cta eſt xp̄o dn̄o ꝑ illas ꝑſonas he
breas:quaꝝ q̄libet erat filia ſyon
⁊ hierl'm terreſtris. Et que etiam
iſta die fit eidem dn̄o ieſu xp̄o ꝑ fi
deles ꝑſonas.quarū quelibet eſt
filia ſyon ⁊ hierl'm celeſtis. Spe/
culant̄ enim ꝑ fidem eternā beati
tudinem. ⁊ vident etiā oculis fi/
dei pacem eternitatis.quā nō poſ
ſunt ꝯueniēter videre niſi gaude/
ant illa pace dei que exuꝑat oēm
ſenſum ſ'm apl'm ad Phil'.iiij.q̄/
re dignius fidelius ⁊ iocundius
debēt ⁊ pn̄t exultare ⁊ iubilare in
hodierna ꝓceſſione quā fecerūt il
le ꝑſone.⁊ qꝛ illi ꝓ maioꝛi ꝑte exul
tabāt ⁊ iubilabāt coꝛꝑal'r.⁊ tꝑal'r
dicētes filio dauid Oſanna. Que
quidē leticia nō ſufficit nec eſt ple
num gaudiū niſi ſit ſpūale. De q̄
dicit ſaluatoꝛ fidelibus. Petite ⁊
accipietis vt gaudiū veſtrum ple
num ſit Joh.xvj. Et certe iſta leti/
cia nulla aīa gaudere pōt niſi ſit fi
lia ſyon ⁊ hierl'm celeſtis. Illis em̄
ꝓ iſta die dicitur in Ps̄. Exultate
deo adiutoꝛi noſtro:iubilate deo
iacob. Et ſignāter dicit adiutoꝛi
nr̄o.qꝛ hodie ꝑſonaliter cōꝑuit vt
adiuuaret cōtra hoſtem Juxta il/
lud ps̄. Ecce enim deus adiuuat
me ⁊c̄. Dicit̄ etiam alibi in ps̄. Ex
ultati iuſti ī dn̄o:rectos decet col/
laudatio. Et ſignāter dicit iuſti ⁊
rectos.quia nō eſt laus dei ſpeci/
oſa in oꝛe pctōꝛis.ac ꝑ hoc nō eſt
ſpecioſa laus dei niſi in oꝛe hoīs
iuſti ⁊ recti. Juſti quidē in reddē/
do vnicuiqꝫ qd̄ ſuū eſt. Et recti.i.
oīa ad dei laudē ⁊ honoꝛē reddēt̄
Tales em̄ poſſunt hodie cātare ⁊
dicere digne Gloꝛia lauſ ⁊ honoꝛ
tibi ſit.ḡ iuxta ꝯſilium pſal. Jubi
late deo oīs terra:ſeruite dn̄o ī le/
ticia.ſ.ꝑ.ſpūali:nō carnali nec coꝛ/
poꝛali:ſed ſpūali.que eſt ad ſalu/
tem neceſſaria. Carētia em̄ iſtius
leticie eſt meritoꝛia luctus ⁊ triſti
cie infernalis.vn̄ moyſes dixit illi
ꝓpl'o iſrl' ſicut habet̄ Deut.xxviij.
Erunt in te ſigna ⁊ ꝓdigia vſqꝫ in
ſempiternū.eo ꝙ nō ſeruieris do
mino deo tuo in gaudio coꝛdiſqꝫ
leticia. E Sequit̄ Ecce rex tu
us venit tibi iuſtus ⁊ ſaluatoꝛ.et
ipe pauꝑ. Hoc dicitur q̄ꝫtum ad
ſecundum.vicꝫ.q̄ꝫtum ad perſo/
nalem oblationē. Oſtendit enim
nobis ꝓpheta ⁊ reducit ad memo
riam quomodo rex noſter xp̄us
pꝛo nobis perſonaliter cōparuit

⁊ ad mortem ꝑſonaliter ſe obtu/
lit. Ubi ſciendum ꝙ euangeliſta
Mat. ꝓ iſtis om̄ibꝯ ponit man/
ſuetus: nec tn̄ alia ſunt dimitten/
da ſeu negligenda: quia tam pro
pheta ꝙ̄ȝ euāgeliſta oſtendūt no/
bis ꝑ iſta verba quibꝯ armis mu
nitus xp̄s ꝓ nobis comꝑuit ꝑſo
naliter cum hoſte ſeuiſſimo pug/
naturus. Fuit em̄ primo arma
tus īmenſa poteſtate: quod nota
tur. cum dicit̄. rex. Ecce inquit rex
Ip̄e em̄ ē ille rex de quo dr̄ Apoc
xix. ꝙ habet in femore ſuo ſcriptū.
Rex regū ⁊ dn̄s dn̄antiū. Et de
eodem dicit̄ in ps̄. ꝙ dn̄s virtutū
ip̄e eſt rex glorie. Iſta aūt armatu
ra. ſ. immēſe potētie ſuꝑauit dia/
boli violentiam. Ip̄e em̄ ē ille for
tior qui deſuꝑ veniens fortem ar
matum. i. diabolū confudit Luc.
xj. Fuit etiam armatus aſſumpta
humanitate. quod notat̄ cum di
citur cuilibet noſtrum. Rex tuus
venit tibi. Tuus q̇dem. i. tibi at/
tinens ꝑ aſſumptam humanita/
tem. vnđ potuit dicere cuilibȝ no
ſtrum illud Heſter. xv. Ego ſum
frater tuus. Dicit em̄ Leo in ſer/
mone de natali dn̄i ꝙ in cōflictu
ꝓ nobis contra diabolum inito
magno ⁊ mirabili equalitatis iu
re certatum eſt. dum om̄ipotens
deus cum ſeuiſſimo hoſte nō in
ſua maieſtate: ſed in noſtra hūili/
tate cōgredit̄: obiiciens ei eandeȝ
formam: eandēqȝ naturā: morta/
litatis quidē nr̄e ꝑticipem ſȝ pcti̅
totius exꝑtem. Iſta aūt armatu/
ra. ſ. noſtre mortalitatis deluſit di
aboli ſuꝑbiam. Non em̄ ſuꝑbus
hoſtis ſe credidit poſſe ſuꝑari ꝑ
mortalem hoīem. Sed xp̄s dn̄s
obiecit ſibi formā humanā: vt ſic̄
ꝑ formā p̄mi hominis morteȝ in
duxerat. ſic ꝑ formā hoīs quā ip/
ſe aſſumpſit vitam reduxit. Pri/
mum credidit poſſibile ſuꝑbꝯ di/
abolus. Sed ſecūdū omino im/
poſſibile reputauit ⁋ Tertio ar
mauit ſe rectiſſima equitate. Qđ
notat̄. cū dicit̄. iuſtus. Noluit qui
dem xp̄s dn̄s ſuꝑare diabolum
ꝑ potentiā ſed ſolū ꝑ iuſticiā: vt ſi
cut diabolꝰ humanū genus per
vnū hoīem corruꝑat: ita ꝑ ſeip̄m
hoīeȝ reintegraret. Et ſicut diabo
lus ꝑ lignū vetitū humanū genꝰ
vicerat. ita ip̄e ꝑ lignū crucis de/
monem debellaret. Ip̄e em̄ eſt il/
le rex de quo dicit̄ Hiere. xxiij. ⁊. x
xxiij. Ecce dies veniunt dicit dn̄s
⁊ ſuſcitabo dauid germē iuſtum
⁊ regnabit rex: ⁊ ſapiēs erit: ⁊ faci
et iudiciū ⁊ iuſticiā in terra. Seq̇
tur. Et hoc eſt nomen ꝙ vocabūt
eum dn̄s iuſtꝰ noſter. Ergo non
ptāte ſolū: ſed equitate ⁊ iuſticia
ſeductorē diabolū ſuꝑauit: vnde
iſta armatura. ſ. equitatis et iuſti
cie ſuꝑauit diaboli fraudulētiam

Itē q̄rto armauit ſe miſericor/
diſſima bonitate: que notat̄. cum
dr̄. Et ſaluator. Quāuis ſaluare
non poſſet ſine īfinita ptāte: tn̄ ꝙ
ſaluare voluerit inimicos ſuos:
q̇ tā grauit̄ ip̄m offenderāt: ſum/
ma: immo infinita bonitas fuit.
Ipſe enim eſt ille de quo prophe
pheta vtrumqȝ teſtatur. ſcilicet.

ptãtem ⁊ bonitatẽ.cũ dicit ei Eſa.
xlv. Tãtũ in te eſt deus:⁊ abſqꝫ te
nõ eſt deus. Ecce cõfitet̃ infinitaꝫ
ptãtem:que intelligit̃ in noĩe dei.
Seq̇t̃. Uere tu es deꝰ abſconditꝰ
deus iſrael ſaluatoꝛ Ecce infinitã
bonitatẽ:que intelligit̃ in nomĩe
dei abſconditi. Summa em̃ fuit
bonitas ⁊ nimia charitas ꝙ vo/
luit ſe abſcondere ſub pallio nr̃e
hũanitatis.vñ iſta armatura.ſcꝫ
ſũme bonitatis:diaboli maliciaꝫ
ſupauit. Quinto armauit ſe ex
trema pauptate ꝑ quã vicit mũdi
cupiditatem ⁊ auariciã. Qđ nota
tur.cũ dicit̃. Jp̃e paup. Jp̃e ẽ eniꝫ
in cuiꝰ domo ſunt diuitie ⁊ gl'ia.
ps̃. Et qui diues ẽ in om̃es qui i/
uocant eum.ad Roma.x. voluit
in aſſumpta humanitate pauper
rimus apparere: vt nos ipſius
paupertate ⁊ inopia ditaremur:
fuit em̃ ip̃e ſimul in vnũ diues et
paup:vt dicit̃ in ps̃. Diues q̇dem
inq̃ꝫtũ deus.ſed paup inq̃ꝫtũ hõ
Diues etiã iq̃ꝫtũ hõ đ iure:qꝛ oĩa
ſua erãt:ſicut illiꝰ qui in dño ẽ aſ
ſumptus.vt dicit leo in ſermone.
Sed paup de facto:vt hoĩes ad
amoꝛẽ pauptatis ⁊ cõtemptũ di/
uitiarũ inuitaret. Paup g̊ fuit iu
xta illud quod ipſe dicit in Ps̃.
Paup ſum ego ⁊ in laboꝛibus
a iuuẽtute mea.exaltatus autem
hũiliatꝰ ſum ⁊ cõturbatus. Pau
per vtiqꝫ fuit a natiuitate ſua de
v̉gine vſqꝫ ad exaltationẽ ⁊ hũili/
ationẽ ſui in cruce:vbi nudus pe
pendit. Jn q̃ etiã fuit ꝯturbatus.
nõ quidẽ in volũtate rõnali ſꝫ ſo/
lũ in ip̃a ſẽſualitate. Sexto ⁊ vl
timo armauit ſe obedientiſſima
volũtate ꝑ quã fuit obediens pr̃i
vſqꝫ ad moꝛtẽ crucis ad Phil'.ij.
Et h̃ notat̃.cum dicit Mat. Ecce
rex tuus venit tibi mãſuetꝰ. Uere
manſuetꝰ ſicut agnus.vñ ipſe di
cit Hiere.xj. Ego quaſi agnꝰ mã/
ſuetus qui poꝛtat̃ ad victimam.
Jſta aũt armatura.ſ.hũilitatis ⁊
obedientie vicit pꝛimi hoĩs ino/
bedientiam. Uicit etiã innumero
rũ hoĩm rebellionẽ ⁊ ꝯtumaciaꝫ
ꝯtra deũ. Nõ fuit ergo mirũ ſi ſcĩ
patres deſiderauerũt ardentiſſi/
me aduentũ huiꝰ regis. Poterãt
em̃ ꝯfidere ꝙ talibꝫ armis veni/
ret munitꝰ ꝑ que oẽs hoſtes hu/
mani generis ſuparet. Ergo cha/
riſſimi honoꝛemus iſtũ regẽ. Di/
ligamꝰ iſtũ nr̃m fratrẽ. Dicit̃ eniꝫ
cuilibet nr̃m. Ecce rex tuus venit
tibi. Formidemꝰ iſtũ iuſtũ. Ado/
remus iſtũ ſaluatoꝛẽ. Jmitemur
iſtũ paupẽ. Et iſtũ mãſuetũ tl'r vt
cum ip̃e rex in extremo examine ſe
debit ꝓ tribunali.collocatis ad
ſuam dexterã oĩbꝫ electis.⁊ ad ſi/
niſtrã om̃ibꝫ repꝛobis.dicetqꝫ e/
lectis. Uenite bñdicti. Et repꝛob.
Diſcedite maledicti: nos merea/
mur euadere maledictionẽ repꝛo
boꝛũ ⁊ habere bñdictionẽ electo/
rum.vt ſic repꝛobis euntibꝫ ĩ ſup
pliciũ eternũ:nos eamꝰ cũ iuſtis
oĩbꝫ in vitã eternã. De q̇bꝫ oĩbus
habet̃ Mat.xxv. B Sequit̃
in auctoꝛitate ꝑncipali. Et aſcen/
dens ſup aſinã ⁊ ſup pullũ filiuꝫ
aſine:h̃ đꝛ q̃ꝫtũ ad tertiũ.ſ.q̃ꝫtum

ad generalē collectionē eccľie ſpō/
ſe xpi. Ad cui⁹ euidētiā tria ſūt no
tanda. Primū ē q̄ſtū ad lr̄alem
ſenſum. Secūdū ē q̄ſtū ad veri
tatꝭ exēplū. Tertiū ē q̄ſtū ad ſpi/
rituale myſteriū. Circa primuʒ
videṫ dubiū vtrū xp̄s hodie ſede
rit ſup̱ iſta duo aīalia.ſ.ſup̱ aſinā
ꝛ pullū: vel tm̄ ſup̱ pullū. Et vi/
deṫ ꝙ ſuper vtrūq3. Quia ꝓpheta
iſte dicit de xp̄o ꝙ venit aſcendēs
ſup̱ aſinā ꝛ ſup̱ pullū aſine. Hoc
idē etiā videṫ ex hodierno euāge/
lio btī Mat. vbi dr̄ ꝙ diſcipuli d̄
mādato xp̄i ſoluerūt aſinā ꝛ pul/
lum: ꝛ ea adduxerūt ad ieſum et
impoſitis ſuis veſtimētis xp̄m de
ſup̱ ſedere fecerūt. Sʒ ꝯriū videṫ
poſſe argui ex lr̄a aliorū euāgeli/
ſtarū Mar. em̄. xj. ſuo ca. Et Lu.
xix. Et Jo. xij. ca. nullā faciūt men
tionē de aſina. ſed Lucas ꝛ Joh.
ſolū cōmemorāt pullū Joh. vero
etiā facit mētionē de aſello. Pu/
to ꝙ ꝛ ꝓpħa ꝛ euāgeliſta Matth.
dixerūt plenā v̄itatē. vicʒ. ꝙ xp̄us
aſcēdit hodie ꝛ ſedit ſup̱ vtrūq3:
q̄ʒuis a bethania vſq3 in hieruſa
lem eēt ſpatiū valde p̱uū. h̄ em̄ fe
cit xp̄s: vt poſtea diceṫ: vt pulcerri
mū myſterium deſignaret. Nec tm̄
alij tres euāgeliſte ſūt Mattheo
in aliq̄ cōtrarij. Quāuis em̄ nō fa
ciant mētionē de aſina: nō tm̄ ne/
gant eā ibi fuiſſe. Moris em̄ eſt
euāgeliſtarū in multis locꝭ vt qđ
vn⁹ cōmemorat alter taceat: oēs
tm̄ dicūt veritatē. Nec in aliq̄ vn⁹
alij contradicit. Circa ſecūduʒ
ſciendū ꝙ in hoc facto ieſus oſtē/
dit maximū hūilitatꝭ exēpluʒ. Nō
em̄ venit vt ait Chryſ. ſedēs in cur
ru aureo: purpura fulgēs. Nō a/
ſcendit ſup̱ equū feruidū: diſcor/
die amatorē: qui pect⁹ habet ple/
num glorie iactātia. Qui ꝑcul o/
doraṫ bellū: ꝛ gaudʒ ad vocē tube
Nō habuit hodie xp̄s in circūitu
ſplendētes gladios: aut cetera or
namenta terribiliū armorū. Nec
venit cō comitat⁹ militibꝫ Sʒ q̇d?
Uenit ſedēs ſup̱ aſino: nō q̇dem
ornato purpura vel cyclade. ſʒ ve
ſtibus ſatis tenuibꝫ. Uenit etiam
h̄n̄s in occurſum ſuū pueros et
hoīes ſimplices: ramos ꝛ frōdes
teſtimonia pacis. Et tm̄ ad belluʒ
ſūme terribile ꝓcedebat. Cui⁹ tm̄
belli victoria fuit pax vniuerſi. In
terroga dicit iudeos. Quis vnq̄ʒ
rex iſrael intrauit ſic hierl̄m. q̄ſi di
ceret. null⁹. Quia alij intrabāt ob
noxij bellorū. Jlle aūt intrauit vt
auctor pacꝭ. Vn̄ ḡ dicit Matth.
qn̄ dicit de iſto rege ꝙ venit man
ſuetus: vt nō timereṫ ꝓpter poten
tiā: ſʒ vt ꝓpṫ māſuetudinē amareṫ
Certe in h̄ ſ̄ʒ eūdē Chryſ. đ dit no
bis magnū hūilitatis ꝛ temp̱an/
tie exēplū. ꝛ vt qđ neceſſitatꝭ ē veli
mus eē ꝯtenti. Cōtra mľtos q̇ ſe
dicūt ſuos vicarios: q̇ nō ſunt cō
tenti magnis aſinis: vtpote mulꝭ:
ſʒ volūt h̄re magnos palefredos
ꝛ feruidos equos. ¶ Circa
tertiū notādū ꝙ in h̄ ꝙ xp̄s aſcen
dit ꝛ ſedit ſup̱ aſinā ꝛ pullū: oſtē/
dit nob̄ ſpūale myſteriū. ſ. de colle
ctiōe generali ip̄i⁹ eccľie. Per iſta
em̄ aīalia q̇ erāt imūda ſ̄m legeʒ.

Ruda etiã ⁊ ſtulta ⁊ infirma ſꝫm
ſuam naturam. Et que etiam e/
rant ligata. intelliguntur omnes
homĩes qui fuerunt ante chriſti
aduẽtum. Erãt enim oẽs vt plu/
rimũ ĩmũdi in cõſciẽtia. Rudes ĩ
intelligẽtia. Stulti ignorãtia ⁊ in
ſipiẽtia. Infirmi incõſtãtia: ⁊ ad
bñ opandũ impotẽtes. Erantqꝫ
oẽs ligati diaboli cathena: ꝗ nec
ſolui nec rũpi potuit ſine diuine v
tutis efficacia. Poſſumꝰ aũt lo/
quẽdo appropriate dicere. ꝙ per
pullũ figurabant̃ hoĩes incipien
tes peccare. Per aſinã hoĩes aſ/
ſueti in malis ⁊ inueterati in pec/
catis. Et ꝑ pullũ figurabant̃ etiã
hoĩes laſciui ⁊ rebelles: ꝑ aſinam
vero hoĩes pigri ⁊ ad operandũ
ſegnes. Uel magis ad ꝓpoſitũ
per iſta duo aĩalia figurati fue/
rũt duo populi de quibꝫ fuit vni
uerſalis eccl'ia cõgregata. Iudei
vicꝫ ⁊ gentiles. ita ꝙ ꝑ aſinã quaꝫ
Mat. dicit ſubiugalẽ figurabat̃
ſynagoga iudeorũ que ſemꝑ fuit
pigra ⁊ ſegnis ad obediendũ deo
fuit tñ ſubiugalis. i. ſub iugo le/
gis quod diu portauit: licet imꝑ/
fecte: fuitqꝫ aſſueta oneribus ceri
moniarũ ⁊ paternarũ traditionũ
Per pullũ vo laſciuũ ⁊ ſtultum
⁊ ſuꝑ quẽ nullꝰ hoĩm ſederat: ſic̃
dr̃ Mar. xj. Et Lu. xix. figurabat̃
gentilitas: que ſemꝑ fuit petulãs
laſciuia carnis. ſpqꝫ fuerat ſtulta
⁊ effrena. neſciẽs aliq̃d de deo vo
ſemꝑqꝫ ei inobediẽs tanq̃ꝫ cultrix
deorũ falſoꝝ. Et que nunq̃ꝫ ſuſce

perat alicuiꝰ doctrinã ſalutiferaꝫ
Iſta duo aĩalia. i. iſti duo ꝑpl'i et
oẽs qui erãt in eis pctõres añ xp̃i
paſſionẽ fuerũt ligati: vt dictũ eſt
diaboli cathena. Et hoc in caſtel/
lo iuſtꝫ viris cõtrario. i. in mundo
iſto. Sꝫ q̇d: diſcipuli xp̃i pꝰ paſ/
ſionẽ eiꝰ de mandato ipiꝰ Fidel'r
p̄dicãdo. Honeſtiſſime cõuerſan
do. Miracula operando ⁊ ſacr̃a
eccl'ie adminiſtrãdo: ſoluerũt iſta
duo aĩalia. i. multos homĩes de
vtroqꝫ ꝑpl'o de quibꝫ fuit collecta
eccl'ia. qui etiã adduxerũt eam ad
ieſum. i. multos de vtroqꝫ popl'o
plures tñ de gentili. Et poſitꝫ ſuꝑ
eos ꝑ decenti ornamẽto ſuis veſti
bus. i. ſuis moribꝫ ⁊ vtutibꝫ q̇bꝫ
ornauerũt eos: ſaltẽ ꝑ miniſteriũ
qr iſte ornatꝰ effectiue fuit a deo.
Et ſic ſuꝑ vtrũqꝫ ꝑpl'm: xp̃m ſede
re fecerũt. i. vtrũqꝫ ꝑpl'm ſibi obe/
dientẽ fecer̃t. I Aſina iſta fuit fi
gurata ꝑ aſinã balaã. de qua ha/
bet̃ Nume. xxij. De illa dr̃ ꝙ timẽſ
gladiũ angeli a ſemita ſtricta di/
uertit in agrũ. Quia poſt xp̃i paſ
ſionẽ ꝑ aplo̅ꝝ p̄dicationẽ multi
de ꝑpl'o iudeorũ dimiſerũt ſtrictã
viã legꝫ moſaice: ⁊ venerũt ad lati
tudinẽ agri eccl'iaſtici. In q̃ hõ p̄t
ſalubriter opari ⁊ fructꝰ facere ſa
lutis. Iſte aũt pullꝰ quẽ Ioh. vo
cat aſellũ fuit figuratꝰ ꝑ illũ aſi/
nũ ⁊ ꝑ illũ camelum: de quo Eſa.
xxj. vbi ꝑ figurã dicit̃ de ipa eccl'ia
ꝙ vidit aſcenſorẽ aſini ⁊ cameli. i.
aſcenſorẽ ⁊ ſeſſorẽ ſuꝑ ꝑpl'o genti/
li. Et q̇s ẽ iſte aſcẽſor: Certe ille de

quo ſtatim in eodē ca.ſubdiꝰ.Ec/
ce iſte venit aſcenſoꝛ vir bige eq̇tū
.i.xp̄s dn̄s q̇ eſt aſcēſoꝛ bige eq̇tū
.i.qui habet in ſua pſona duos e/
quos:naturā.ſ.diuinā ꝛ huma/
nam.Eſt em̄ gigas gemine ſube
deus.vicꝫ ꝛ hō.Et iſte poſtea fuit
aſcēſoꝛ aſine ꝛ aſini.i.multoꝛū de
vtroqꝫ populo:de quibꝰ collecta
eſt eccleſia.ſuper quā xp̄s ꝑ fidez
eius ꝛ obedientiā quietiſſime ſe/
det.Adhuc iſta duo aīalia fuerāt fi
gurata expꝛeſſiſſime Geñ.penulti.
vbi dr.ꝙ iacob bn̄dicens iudam
de cuiꝰ ſemine deſcendit xp̄s ſm
carnē.dixit ꝓphetice de xp̄o ſic Li/
gans ad vineā aſinam ſuaz:ꝛ ad
vitem pullum ſuū.q.d.O fili mi
iuda quidā deſcendet de tua pro
genie.xp̄s.ſ.ſaluatoꝛ mūdi:q̇ erit
ligans ad vineā.i.ad ſuā eccleſiaz
aſinam.i.iudeoꝛū ſynagogam.h
eſt multos de populo iudeoꝛum
Et ip̄e idem erit ligans ad vitem.
id eſt ad ſeip̄m qui ſe vocat vitem
veram Joh.xv.ac ꝑ hoc ꝛ ad ip/
ſam eccl'iaz(Quia nemo pōt liga/
ri ad xp̄m q̇n ꝛ ligeꝛ ad ecceleſiam.
que eſt coꝛpus eius:ꝛ cuiꝰ ipſe eſt
caput)pullum ſuuz.i.multos de
gentilitate.Sed quō verū ē iſtud
ꝙ xp̄s ligauerit aſinam ꝛ pulluz.
cū de mādato ip̄iꝰ diſcipuli eius
ſoluerint vtrūqꝫ.Dicēdū ꝙ priuſ
erant ligati pc̄ti vinculo ad diabo
lum:quod q̇dē vinculuz apoſto
li ſoluerunt ꝑ miniſteriū ꝛ xp̄us
ip̄e ꝑ ſue virtutis efficaciam.Sꝫ
poſtea ip̄e xp̄s ligauit eoſ ad ſeip

ſum.i.ad ſuā eccl'iam pꝛeceptis e/
uangelicis ꝛ charitatis vinculis:
que tenuerūt ip̄os obediētiſſime:
ꝛ adhuc tenent plurimos ſub ip/
ſo ſeſſoꝛe.Placeat chꝛiſto domi/
no ꝙ nos in hac vita ſoluamur a
pecccatoꝛum vinculis.Et oꝛnati
veſtibus apoſtolicis.id eſt.meri/
tis ꝛ virtutibus adducamur ad
ieſum.Ita vt ſup nos ſedere velit
ꝛ ſibi imꝑpetuum alligari. R

Sequitur in auctoꝛitate prin/
cipali.Et diſperdam quadrigaz
ex effraim:ꝛ equū de hieruſalem.
Et diſſipabitur arcus belli.Et lo
quetur pacem gentibus.Et pote
ſtas eius a mari vſqꝫ ad mare.Et
a fluminibus vſqꝫ ad fines terre
Tu quoqꝫ in ſanguine teſtamen
ti tui emiſiſti vinctos tuos.vel e/
duxiſti de lacu in quo non erat a/
qua.hoc dicitur quātū ad quar/
tum ſcꝫ quātū ad ſalutarem redē
ptionem.Dicit ergo pꝛopheta lo
quens in perſona illius regis:de
quo paulo ſup̄ dixerat.Ecce rex
tuus venit tibi.Et diſperdā qua
drigam ex effraim:ꝛ equū de hie
ruſalem.Per effraim de qua tri/
bu fuit Hieroboam:qui p̄mus
in populo iſrael idolatriam indu
xit.ſicut habetur in.iij.Reguz.in
telligitur gentilitas que ſemꝑ co/
luit idola.Per hieruſalem intelli
gitur iudeoꝛum populus qui ha
buit noticiam vnius veri dei.
Quāuis interdū aliqui reges iu
da fuerīt idolatre Per q̄drigā āt
ꝛ equū:intelligiꝛ malicia diaboli

in qua q̃driga ⁊ in quo equo ve/
hit pctõres in infernũ. Dixit ğ rex
iſte. Diſꝑdã. ſp̃. ꝑ paſſionẽ meã q̃/
drigam. i. diaboli maliciã ex effra
ĩ n. i. de ꝓplo gentili. Et equũ. i. eã/
dem maliciã diaboli de hierl'm. i.
de ꝓplo iudeoꝝ. Certe ꝑ paſſionẽ
dñi fuit q̃ʒtũ ad oẽs gẽtiles ⁊ iu/
deos ſufficienter malicia diaboli
deſtructa q̃ʒtũ ad ſuũ finalẽ effe/
ctum: ⁊ q̃ʒtũ ad multos efficiẽter.
ſcʒ q̃ʒtũ ad oẽs q̃ ſe diſpoſuerunt
⁊ ſe diſponẽt ad ſuſcipiẽdum effe
ctum paſſiõis dñice ꝑ eccl'ie ſacr̃a
De iſta quadriga diaboli quã tra
hebant quattuor equi. ſ. ſuꝑbia. ĩ
uidia. fraudulentia. ⁊ eiꝰ violẽtia
ꝙ ſit ꝑdita ⁊ deſtructa ſufficiẽter
q̃ʒtũ ad oẽs gentiles dicit iſte idẽ
rex Aggei. ij. Cũ em̃ dixiſſet ꝓpħa
Veniet deſideratꝰ cũctis gentibꝫ.
Paulo poſt loquẽs in ꝑſona ip/
ſius dicit. Et diſꝑdã quadrigam
⁊ aſcenſorẽ eius. i. ip̃m diabolum
De quo etiam eiuſdẽ. i. de ipſius
malicia. ꝙ fuit ꝑdita ⁊ deſtructa
ſufficienter q̃ʒtũ ad iudeos. patet
ꝑ illud qᵭ dr̃ Exo. xv. Cantemus
dño. glorioſe em̃ magnificatꝰ eſt.
equũ ⁊ aſcẽſorẽ ꝓiecit in mare Ve
re chriſtꝰ maliciã diaboli ⁊ ipſum
diabolũ ꝓiecit ⁊ ſubmerſit in ma
re. i. in amaritudine paſſiõis ſue.
vel in mare. ſp̃. rubrũ. i. in baptiſ/
mum eccl'ie ſuo ſanguine rubrica
tum. ¶ Sʒ quare dicit qua/
drigam ex effraim: ⁊ equũ de hie
ruſaleʒ. Nũquid diabolo erat ita
bñ neceſſaria quadriga ad vehẽ/
dum iudeos in infernum. ſic ad
vehendũ gẽtiles. Dicẽdũ ꝙ quia
om̃es gentiles ꝓpt̃ ſuã idolatriaʒ
⁊ ignorantiã ⁊ varia crimina dã/
nabãt̃ ⁊ vehebant̃ in infernũ. Nõ
ſic aũt de iudeis qui erant longe
pauciores q̃ʒ gentiles. ⁊ quorum
multi ſc̃m aĩas vehebant̃ ad lym/
bum vel ad purgatorium. idcirco
ꝓpheta habuit talẽ modũ loquen
di. Sequit̃. Et diſſipabit̃ arcꝰ bel
li. ſp̃. ꝑ eundem regem de quo pa
rum ſupra. Iſte arcꝰ bellicꝰ ẽ eiuſ
dem diaboli malicia: cuiꝰ q̃dẽ ar
cus lignũ ẽ eiꝰ potẽtia. Chorda ve
ro ẽ eiuſdẽ fraudulẽtia. Certe iſte
arcus ꝑ mortẽ dñi fuit ſufficiẽter
q̃ʒtũ ad oẽs hoĩes: ⁊ efficiẽter q̃ʒ/
tum ad multos total'r diſſipatꝰ.
iuxta illud. j. Reg. ij. Arcꝰ fortiũ
. i. demonũ ſuꝑatꝰ eſt. Sequitur.
Et loquet̃ pacẽ gẽtibꝫ. ſp̃. iſte ideʒ
rex. Vere nõ ſolũ fuit locutꝰ xp̃us
pacẽ gentibꝫ. i. hoĩbꝫ ex mulieribꝫ
genitis. Pacẽ dico cũ deo. paceʒ
cũ angelis. ⁊ pacẽ int̃ ſe. verũetiaʒ
⁊ iſtã pacẽ facto cõſũmauit ꝑ ſuaʒ
mortem. dixit em̃ in cruce. Cõſũ/
matũ e Joh. xix. Bñ ğ dixit ꝓpħa
Michee. v. de iſto rege q̃ ſc̃m dei/
tatẽ fuit egreſſus a patre a diebꝫ
eternitatis. Et ſc̃m hũanitatẽ fuit
egreſſus ex bethleem ex tempore.
Quid dixit de ip̃o. Ecce ⁊ pax erit
in terra noſtra dũ venerit. Quia
vt dicit apoſtolus ad Epheſ. ij.
Chriſtus veniens euangelizauit
pacem. Pacem his qui ꝓpe ⁊ pa/
cem his qui longe. Sequitur. Et
ptãs eius a mari vſqʒ ad mare et
a flũinibꝫ vſqʒ ad t̃mios t̃re. Iſta

veriſſima ſunt de xpo ſm diuini/
tatem. Quia in ditiōe ei⁹ cuncta
ſunt poſita ꝛ nō ē q̄ poſſit reſiſte/
re volūtati ſue. dn̄s em̄ vniuerſo/
rū eſt. ſicut dꝛ Heſter. xiij. Etiam
v̄ba ſunt de xpo ſm humanitatē
ꝓpt̄ vnionē cū diuinitate in eadē
ꝑſona. Vn̄ nature iſte cōicāt ſibi
ſua idiomata: vt qđ ē dī attribua
tur hoī. Dicit em̄ leo papa in q̄dā
ſmōe. q̄ hō ille quē ſuſcepit dei fi
us ꝑ nr̄a ſalute: in dn̄o aſſumpt⁹
ē. Et Amb. dic̄ in quodā hymno
de aſcēſione. Culpat caro. purgat
caro. regnat de⁹ dei caro. Jſta ea/
dem v̄ba que poſuit ꝓpha iſte po
nunt̄ in pſ̄. iſto. De⁹ iudiciū tuū
regi da ꝛc̄. Sequit̄. Et dn̄abit̄ a
mari vſq3 ad mare ꝛc̄. Pn̄t etiam
hec oīa itelligi de dominio qđ ha
buit xps in eccl̄ia que fuit in q̄ttu
or climatibꝫ longe lateq3 diffuſa.
Sꝫ ꝓch dolor pctīs exigētibꝫ mlt̄/
ti ſe ab iſto dn̄o ſubtraxerūt: q̄rū
tn̄ xps eſt ver⁹ dn̄s: q̄uis ipi nō
obediāt ei. Seq̄t̄ vltimū. vbi pro
pheta ꝯuertēs ſe ad iſtū regē ꝛ lo
quēs ei in ſcđa ꝑſona dicit. Tu q̄
q3 in ſanguine teſtamēti tui: no/
ui. ſ. dedicatiuo ꝛ ꝯſecratiuo: edu
xiſti vl̄ emiſiſti. i. educes ꝛ emittes
De futuro em̄ loquit̄ tanq̄3 de p̄/
terito ꝓpt̄ certitudinem ꝓphie. vin
ctos tuos. i. ſcōs p̄res quoꝝ anie
ſunt vincte in lymbo. De lacu. id ē
de eodem lymbo. in quo non eſt
aqua. ſ. conſolatiōis. ꝓpt̄. ſ. penā
dāni quā patiunt̄. i. carētia diuīe
viſionis: nō pōt eē plena ꝯſolatio
Certe in v̄tute ſanguinis xpi fue/
runt iſti vincti de illo lacu educti.
Et forſan multi de lacu purgato/
rij. Vel eduxiſti. i. educes vinctos
tuos. i. oēs pctōres de ſtatu pctī:
q̄ pōt dici lac⁹: in quo nō ē aqua.
ſ. grē. aīas abluētis. Certe ad h̄
fuit ſufficiēs v̄tus ſanguinis xpi
q̄uis multi ſunt q̄ nō cōſequunt̄
effectū. Hoc ꝯfitet̄ ipe in pſ̄. dicēſ
in ꝑſona hūani generis. Eduxit
me de lacu miſerie ꝛ de luto fecis.
Placeat iſti regi nr̄o q̄ ſicut v̄tu
te ſui ſanguinis ſufficiēter fuim⁹
educti de lacu peccati q̄ nos cōſe
quamur finaliter eductiōis effe/
ctum: ita q̄ poſſim⁹ euadere lacū
inferiorē. i. infernum. Amen.

¶ Feria. II. poſt ramiſpalmarū.

Domus im
pleta eſt ex odore vngenti
Joh. xij. M Jn hac
ſolēni ſecūda feria maior3 hebdo/
made agit̄ ꝑ figurā de quodā effe
ctu paſſionis dn̄ice qui fuit pleni
us in ipa xpi eccl̄ia poſt ei⁹ paſſio
nem: merito ac v̄tute eiuſdem q̄3
vnq̄3 fuerit in hūano genere ſub
aliqua alia lege. Qui q̄dem effe/
ctus eſt fragrantia ſeu redolentia
fame ꝛ opinionis bone. Vngētū
em̄ diuine gratie quod deſcendit
a xpo capite: nō ſolū vt in pſ̄. dꝛ.
ī barbā: barbā aaron. i. in platos
eccl̄ie: verūetiā ꝛ in orā veſtimen/
ti eius. i. in ſ̄bditos: tātū redoluit
ꝑ ſanctorū v̄tutes varias: vtpote
ꝑ ꝯtemptū ꝓſperitatis mundane
qui fuit in aplīs: ꝑ fortitudinē pa

tiẽtie que fuit in martyribus. per
aſꝑitatẽ vite que fuit in ꝯfeſſoribꝫ
ꝑ ſinceritatẽ pudicicie: que fuit in
ꝟginibꝫ: ꝑ oꝑa pietatis ⁊ miſcdie
q̄ fuerũt in multis xp̃i fidelibꝫ ꝙ
q̄i totũ mũdũ ad ip̃az traxit eccl'iã
ꝑ odorẽ. Et itãtũ iſte tract⁹ iualu
it ꝙ dom⁹ militãtꝫ eccl'ie fuit iple
ta gl'ia ex odore iſtius vngẽti. Ex
oꝑe em̄ pietatꝫ qd impẽderũt xp̃o
pauꝑi lazar⁹: Martha ⁊ maria
que fecerũt ei cenã. ſicut in hoc eo
dem euãgelio dr. ⁊ ſuis diſcipl'is
pauꝑibꝫ. ⁊ maria int̃ ꝑſonas ali-
as vnxit pedes ieſu ad refrigeriũ
cõtra illi⁹ terre calorez: ꝙ tota illa
domus fuit impleta ex odore vn
genti: vt dicit ꝓpoſitũ verbũ: poſ-
ſumus arguere accipiẽdo omnia
hec ſpũaliter ꝙ ꝑ oꝑa miſcdie taz
ſpũalia q̄z corꝑalia: que impẽdũ
tur xp̃o in mẽbris ſuis: maxie in
pauꝑibꝫ: q̄ ſm ſcõs intelliguntur
ꝑ pedes ieſu: implet̃ dom⁹ eccl'ie
ex odore hui⁹ oꝑis: qd manat ori
ginaliter vt dictũ ẽ: ex vngento gr̃e
xp̃i. Multo magis poſſum⁹ ar-
guere ꝙ ꝑ alias virtutes que di-
cte ſunt fuit eccl'ie dom⁹ impleta.
Ut aũt ſciat̃ manifeſte ꝙ iſta tan-
ta redolentia fuit in xp̃i eccl'ia vir-
tute ac merito ſue paſſiõis. idcirco
legit̃ hodie epl'a que ſcribit̃ Eſa. l.
⁊ incipit. Dixit Eſaias. Dñs deus
aꝑuit mihi aurẽ ⁊c̃. In q̄ ꝓpha lo
quens in ꝑſona xp̃i ꝑdictiue: ex-
primit paſſionẽ ei⁹: vt pote. cũ dic̃
Corp⁹ meũ dedi ꝑcutientibus ⁊c̃
Sequit̃. Faciẽ meã nõ auerti ab
increpantibꝫ ⁊ ꝯſpuẽtibꝫ in merẽ

N In euãgelio v̄o agit̃ eodem
mõ quo dictũ eſt: de effectu paſſi-
onis ſupradicto. Qd q̇dẽ euãge-
lium ſcribit̃ Joh. xij. ⁊ incipit. An̄
ſex dies paſce. Sz q̄rit̃. Quare ec-
cleſia legit hodie iſtud euãgeliuz
qꝛ iſta dies nõ eſt añ ſex dies pa-
ſce veteris: imo añ q̄ttuor. nec eſt
añ ſex dies paſce nr̃i: imo añ ſeptẽ
vñ videt̃ ꝙ alie eccl'ie: meli⁹ faciũt
que legunt iſta die aliqua de. xij.
ca. Joh. que forſan cõtigerũt iſta
die. Sicut ꝙ dixerũt gentiles vo
lumus videre ieſuz. Et m'lta alia
que ſequunt̃. Dicẽdũ ꝙ idcirco le
git hodie iſtud euãgeliũ romana
eccl'ia. quia cum heſterna fuiſſet
recitata xp̃i paſſio. et cras etiã de-
beat recitari voluit eccleſia legere
iſtud euangeliũ: quia in ip̃o legit̃
triplex cauſa paſſiõis ſue. Prima
fuit reſuſcitatio lazari: q̄ fuit vna
de cauſis mortis xp̃i. ſicut ſ̃ dcm̄
fuit. Secũda fuit Marthe ⁊ ma
rie deuotio. Erant em̄ notabiles
dñe ⁊ ſeruiebãt xp̃o deuotiſſime
ſpecial'r Maria: de quo indigna
bant̃ p̃ncipes ſacerdotũ. qꝛ nõ ſic
ꝑ ip̃as ſeruiebat̃ eis. Tertia fuit
iude ꝓditio. Judas em̄ q̇ porta-
bat loculos ⁊ fur erat. videns ꝙ
vngentũ qd fuderat ſuꝑ caput et
pedes ieſu: poterat vẽdi tricentis
denarijs: murmurãs dixit. Ut q̇d
ꝑditio vngẽti iſta facta ẽ ⁊c̃. Non
h̄ dixit vt ait Joh. ꝙ haberet curã
de pauꝑibꝫ. ſed quia volebat eos
furari: vñ vt ip̃os recuꝑaret xp̃m
vendidit iudeis triginta argẽteis.
quorum quilibet valebat decem

numos vſuales:⁊ ita habuit de/
narios trecentos. De iſtis aũt tri
bus fit mentio in iſto euangelio.
¶ His premiſſis reuertamur
ad verbũ ꝓpoſitum. Dom⁹ imple
ta eſt ex odore vngenti. Ubi ē ſciē
dum ꝙ ꝑ iſtam mariã que vnxit
pedes ieſu:que vno modo interp̄
taꝛ amarũ mare:figurabaꝛ ama/
ritudo paſſiõis xp̄i. Per iſtos ãt
pedes ieſu intelliguntꝛ fideles aĩe
que xp̄m portant ꝑ mũdũ. Quid
ergo? Maria pedes ieſu vnxit.i.
merito mortis chriſti amariſſime
vncte ſunt ⁊ vnguntꝛ quotidie fi/
deles anime:vt portēt xp̄z. Unde
in v̄bo ꝓpoſito ſic ſpũaliter intel/
lecto tria breuiter innuuntur:vi/
delicȝ. Animarũ dedicatio ꝑ in
ternã vnctionē. Unctiõis decla/
ratio ꝑ odoris diffuſionē. Diffu
ſionis fructificatio ꝑ dom⁹ ĩpleti
onem. Iſta tria ſm ordinem acce
pta notantꝛ in hoc v̄bo ſic accepto
Ex vngenti odore impleta eſt do
mus. Tangitur dico p̀mo aĩa
rum dedicatio ꝑ internã vnctiõez
Que notaꝛ cũ diciꝛ.vngenti. Cer
te v̄tute ac merito mortis xp̄i xp̄s
ip̄e vngit aĩas fideliũ vngēto gr̄e
⁊ vngēdo eas dedicat ⁊ ꝯſecrat. Et
bñ dico ꝙ xp̄s vngit. A nullo em̄
alio niſi a xp̄o pôt eſſe vnctio iſta.
vñ diciꝛ.j. Joh.ij. Unctionē iſtã
habetis a ſcõ.i.a xp̄o. Sequiꝛ. Et
vnctio ei⁹ docebit vos de om̄ib⁹.
De quolibet em̄ fideli dic̄ xp̄s in
pſ̄. Inueni dauid ſeruũ meum:
oleo ſancto meo vnxi eum Se
cundo tangiꝛ vnctionis declara/
tio ꝑ odoris diffuſionem. Quod
notatur.cum additur. Ex odore.
Ex em̄ fideliuȝ anime ſunt vncte
vnctione gratie:declaratur q̄ndo
ſpirãt odorez bone fame: quãdo
pñt dicere cũ apl'o illud.ij. ad Co
rinth.ij. Chriſti bonus odor ſu/
mus. Alijs quidem odor vite in
vitam.⁊ alijs odor mort⁊ in mor
tem. Sanctorũ em̄ oꝑa ſunt ele/
ctis odor vite:quia per illum tra
huntur ad vitam. Sed reprobis
hominibus ſunt odor mortis.
Quia cum per illa deberent ad vi
tam trahi:abutendo ⁊ contemnē
do trahuntur ad mortē. Ad iſtũ
bonum odorem diffundendum
hortatur nos ſpirituſſanctus cuȝ
dicit nobis ꝑ ſapientem Eccĩ.xxx
ix. Florete flores quaſi lilium: et
date odorem ⁊ frondete in grati/
am. Tertio tangitur diffuſio/
nis fructificatio ꝑ domus imple/
tionem:que notatur.cum dicitur
domus impleta eſt. Uere ex bono
odore quo ſpirauerunt ſancti vi/
ri vngento gr̄e delibuti: ⁊ adhuc
ſpirant:ĩpleta fuit dom⁹ militãt⁊
eccl'ie gl'ia.i.miraculorũ coruſcati
one.claritate p̄dicatiõis.⁊ ꝓpl'orũ
nũeroſitate. Hoc em̄ p̄dixerat xp̄s
de q̊ dixit Agge⁹. Aggei.ij. Ueni/
et deſiderat⁹ cũctis gētib⁹. ⁊ ĩple/
bo domũ iſtã gl'ia:dicit dñs exer
cituũ. Et ſequiꝛ. Maior erit gl'ia
dom⁹ iſti⁹ nouiſſime:pluſq̄ȝ p̀me
Certe nũq̄ȝ fuit tãta gl'ia ſynago/
ge q̄ȝta fuit eccl'ie p⁹ paſſiõez ſalua
tor⁊. Dic̄ ḡ. Ex vngēti odore ĩpleta
ē dõ⁹. ¶ Circa p̀mũ ſciēd ꝙ dñſ

ieſus qui eſt ille vngentari⁹. de q̄
dicit̄ Ecc̄i. xxxviij. vngentari⁹ faci
et pigmenta ſuauitatis: ⁊ vnctio-
nes cōficiet ſanitat. Jſte dico vn
gentarius ex diuerſis aromatib
vnū p̄cioſum vngentū ꝯficit quo
vngit fideles aīas ad q̄ttuor. vicʒ

Ad pungendum doloroſe.
Ad contemplandum delitioſe
Ad ꝯgrediēdū aīoſe ſeu v̄tuoſe
Et ad cōuerſandum ſpecioſe.

Pro p̄mo eſt iſtud vngentum
pungitiuū dolorē faciēs. Pro
ſecūdo eſt tempatiuū dolorem le
niens. Pro tertio ē ſanatiuum
morbū eijciēs. Pro quarto eſt
repatiuū aſpectū blandiēs. Un
gentū aūt iſtud diuine grē qd̄ eſt
ꝓ p̄mo pungitiuū: dolorē faciēs.
figuratū fuit ꝑ illud vngētū: quo
vnxit ſe Judith. de q̄ dr̄ Judith. x
ꝙ lauit corp⁹ ſuū ⁊ vnxit ſe mirro
optimo. Judith interp̄tat̄ confi-
tens: ⁊ ſignificat aīam penitentē
que ſua cōfitet̄ crimina. Certe tl'is
lauat corp⁹ ſuū nō ſolū animam
aqua penitētie. Lauat eñ animā
lachrymis ſp̄ūalib. Et corpus la
chrymis corꝑalib. Unxit etiaʒ ſe
mirrho optimo: ꝑ quod intelligi
tur vera pnīa. Mirrhū eñ q̄ʒto
p̄cioſi⁹ tāto ē amari⁹. Sʒ q̄ʒto a-
mari⁹ tāto ē fragrāti⁹. Sic ⁊ peni
tētia q̄ʒto verior tāto ē amarior: et
tāto mag dolorē incutit ⁊ cor pe-
nitēs pungit. Et certe tāto magis
fragrat ⁊ redolet corā deo. Et ſic
illa Judith vncta illo mirrho op
timo decepit holofernē ⁊ tandem
occidit. Sic ⁊ aīa qñ vncta ē iſto
vngento pnīe decipit diabolum.
⁊ tandē occidit q̄ʒtū ad ſeipſam.
Forſan vngentū quo Maria p̄-
mo vnxit pedes ieſu. De q̄ habet̄
Lu. vij. erat mirrhū. hoc ē de mir-
rha p̄ncipal'r ꝯfectū. Erat eñi tunc
maria in ſūma amaritudine peni
tētie. Eratqʒ eius aīa iſto mirrho
ꝑuncta: qd̄ ꝑ vnctionē exteriorem
q̄ vnxit pedes ieſu demr̄auit. Ta
li collirio debēt pctōres vngere in
teriores oculos vt videāt: vt dicit̄
cuilibet pctōri Apoc̄. iij. Collirio
ſp̄. pnīe inunge ocl'os tuos. ſp̄. in
teriores. vt videas. ſp̄. ſaluti neceſ
ſaria ⁊c̄. Sequit̄. Emulare ergo ⁊
age pnīam. Jſtā v̄o vnctionē pe-
nitētie interdicit diabolus q̄ʒtum
pōt pctōrib. dicēs cuilibʒ illd̄ qd̄
dixit Joab ꝑ quē diabol⁹ intelli-
gitur illi ml'ieri Thecuite. ij. Re.
xiiij. Lugere (inq̄t) te ſiml'a: ⁊ īdu-
ere veſte lugubri: ⁊ ne vngar oleo
vt ſis quaſi mulier iā ꝑl'imo tꝑe
lugēs mortuū. Unū ſuadet dia-
bol⁹ mult pctōrib. vicʒ. ꝙ ſimu
lēt luctū pnīe. ⁊ ꝙ aſſumāt exteri⁹
veſteſ lugubeſ q̄i lugētes ſpm̄ ſuū
ꝑ pctm̄ mortuū. ſic faciūt ypocrite
Sʒ aliud diſſuadet. ſ. v̄itatē pnīe
ꝓ p̄mo dic̄ cuilibʒ. lugere te ſimu
la. Multū ei placʒ diabolo hypo
criſis ⁊ ſimulatio. Sʒ ꝓ ſcd̄o ad-
dit. Et ne vngar oleo. ſp̄. pnīe. licʒ
ei ſiml'atio pnīe ml'tū placeat dia
bolo. v̄itas tñ ml'tū ꝯtriſtat eūdē

Dico adhuc ꝙ vngentū di-
uine gratie ꝓ ſecūdo eſt tempati-
uum dolorē liniēs. Jſtd̄ ꝑ figurā
fuit vngentū illd̄ q̄ maria nō ſolū

vnxit pedes ieſu:ſicut hic dr̄.verū
etiā ⁊ caput ſicut dr̄ Matth.xxvj.
⁊ Mar.xj.Unctio eni pedū ⁊ ca/
pitis ieſu facta fuerat ſimul ⁊ i ea
dem domo.ſ.in bethania. ⁊ ꝑ ean
dem mulierē.ſ.ꝑ mulierē ſororez
marthe.Jn q̄ facto deſignatur ꝙ
anima ꝑuncta vngēto gr̄e ad cō/
templādū delicioſe: ꝯtemplat̄ de
uote nō ſolū caput xp̄i.id eſt eius
diuinitatē:verūetiā ⁊ pedes Jeſu.
id eſt ei⁹ humanitatē.⁊ vtrūqꝫ cō/
templādo plurimū deliciat̄.Jſta
etiā vnctio deſignat̄ ꝑ iſtā vnctio
nē de qua dr̄.ij.Reg.xij.ꝙ dauid
poſt triſticiā quā habuerat de in/
firmitate ꝑuuli:ſurrexit de terra ⁊
lot⁹ vnctuſqꝫ eſt.qr̄ poſt luctū pe
nitētie homo debet vngi ad ꝯtem
plandū diuina.Jn q̄ quidē cōtē/
platione delicias īuenit.qr̄ ſic̄ dr̄
Prouerb.xxvij.vngēto ⁊ varijs
odoribꝫ delectatur cor.Prochdo
lor mlt̄i ſunt q̄ parū curāt de iſto
vngēto ad cōtemplādū celeſtia.ſꝫ
vino p̄cioſo ⁊ vngētis implent ſe:
ad amplexādū carnalia.iuxta illō
qō dicūt pctōres Sap.ij.Uino p̄
cioſo ⁊ vngētis nos impleam⁹.et
nō p̄tereat nos flos tꝑis.Juxta il
lud etiaꝫ qō dixit illa meretrix illi
vecordi iuueni Prouer.vij.Aſꝑſi
cubile meū mirra ⁊ aloe ⁊ cinamo
mo.Ueni inebriemur vberibus:
⁊ fruamur cupitis amplexibꝫ.Pec
catores enī immūdi ſunt ſic̄ mu/
ſce moriētes.de quibꝫ dr̄ Eccs.x.
Muſce moriētes ꝑdūt ſuauitatē
vngēti.Sunt enī immūdi pluſqꝫ
muſce ⁊ mortui ꝑ peccatū ſpūali/
ter.⁊ ſunt moriētes.id eſt appro/
pinq̄ntes morti eterne.Et iſte mu
ſce quia nō curāt de carnalibꝫ:ꝑ/
dunt ſuauitatē ſpiritualis vngēti

R Adhuc dico ꝙ iſtud vngē
tum ꝓ tertio eſt ſanatiuū morbū
eijciens.Hoc em̄ vngēto vngit̄ fi
delis aīa ad cōgrediendū animo
ſe.que ſi in cōgreſſu fideliter ſe ha
beat:habebit victoriā de inimico
quo deuicto ꝑfecte ſanabit̄ ab oī
peccati morbo.Reges em̄ ⁊ pugi
les vngebant̄ antiquit⁹ vt virili/
us ꝯtra hoſtes pugnarēt.Sicut
patet de dauid.j.Regū.xvj.et de
Salomone.iij.Re.j.⁊ de Azaele.
iij.Reg.xix.Ungebant̄ etiaꝫ ma/
nus ſacerdotū nō ſolū vt eſſent di
gniores ad miniſteriū:verūetiaꝫ
vt eſſent v̄tuoſiores ad oꝑandū.
ꝑ man⁹ em̄ opera deſignant̄.De
iſto vngēto quo fuerūt īitiate ma
nus ſacerdotū.id eſt cōſecrate ha
bet̄ Exod.xxix.⁊.xxx.Multi v̄o q̄
fuerūt vncti in baptiſmo iſto oleo
q̄ deberēt eſſe fortes pugiles ꝯtra
diabolū:poſtea ſuccūbunt coraꝫ
hoſtibꝫ ⁊ tandē interficiūt̄ ab eis
gladio pctī mortalis:ac ſi nō eēnt
iſto oleo ꝑuncti.Sicut dicit̄ ꝙ di
xit dauid de ſaule.ij.Regū.j.Cli/
peus inquit ſaul abiect⁹ eſt quaſi
nō eſſet oleo vnct⁹.Abijciūt enim
de ſe iſtud ſpūale oleū.⁊ ideo ab/
ijciunt̄ a deo ⁊ ſubijciunt̄ diabo/
lo.ac ꝑ hoc nō curant̄ a ſpirituali
morbo.Juxta illud Eſa.j.Uuln⁹
⁊ liuor ⁊ plaga tumēs nō eſt cir/
cūligata neqꝫ curata medicamine
neqꝫ fota oleo. Adhuc dico ꝙ

iſtud vngentū diuine gr̃e eſt pro
q̄rto reꝑatiuū aſpectū blandiens
Vngunt̾ enim fideles ꝑſone iſto
oleo ad ꝯuerſādū ſpecioſe ⁊ hone
ſte Ad quā vnctionē hortat̾ nos
ſpūſſanctus: dicēs cuilibet illud
Ruth. iij. Lauare ⁊ vngere ⁊ cul-
tioribus induere veſtimētis. La-
uare dicit ⁊ vngere. i. fac q̄d in te
eſt: ꝙ deꝰ lauet ⁊ vngat te interiꝰ
in mēte. Et tūc indueris cultioribꝫ
veſtimētis. ſ. ꝑ. ꝯuerſatiōis hone-
ſte ad edificandū ꝓximos. ⁊ blā-
diendū intuētiū aſpectꝰ. ḡ dicitur
cuilibet Ecc̄es. ix. Omni tꝑe veſti
mēta tua ſint cādida. ⁊ oleū de ca
pite tuo nō deficiat. Si enī oleū
iſtud nō deficiet de capite. i. de mē
te. ſemꝑ veſtimēta tua manebunt
cādida. i. ext̾ior ꝯuerſatio erit ſpe-
cioſa. ꝓpter q̄d etiā ſaluator dicit
Matth. vj. Vnge caput tuū ⁊ fa
ciē tuā laua. q̄ꝛ ſi caput vnctū ma
neat: tūc facies. i. exterior ꝯuerſa-
tio: ſemꝑ apꝑebit lota. Proch do
lor multi ſunt q̄ꝝ cuilibet pōt di-
cere deꝰ illud Ezech. xvj. Laui te
aqua ⁊ mūdaui ſanguinē tuū ex
te. i. peccatū. ⁊ vnxi te oleo. ſ. gr̃e. et
veſtiui te diſcoloribꝫ. i. veſtibꝫ di-
uerſoꝝ coloꝝ: ꝑ quaſ deſignātur
ſctē virtutes q̄ ſe demōſtrāt in ex-
teriori honeſta ꝯuerſatione. Ita
pōt dicere deꝰ multis q̄ aliq̄n fue
rūt ſcti ſꝫ poſtea hec oīa deſpiciūt.
⁊ diuerſa pctā cōmittūt. vnde po-
ſtea dicere pōt cuilibet deus illud
q̄d poſtea ſubdit̾ in eodē ca. Ab
ominabilē feciſti decorē tuum. ⁊
multiplicaſti fornicatiōes tuas.

Et poſtea cōminat̾ ei ḡuiſſimas
penas. ſic igit̾ pꝫ de vngēto diui
ne gr̃e quō vngit fidelē aīam ad
cōpungendū lachrymoſe. Ad cō-
templandū delitioſe. Ad ꝯgrediē-
dū aīoſe. Et ad ꝯuerſādū ſpecioſe
Ergo cuſtodiamꝰ ītra nos h̄ vn-
gentū. iſtāqꝫ ſanctā vnctionē ſi tn̄
ipam habeamꝰ. ⁊ ſemꝑ rogemꝰ
dn̄m vt ſꝑ iſto ſctō oleo ſuo nos
ꝑungat. Nā vbi eſt iſta ſacra vn
ctio nō pōt eſſe aliq̄s ſpūaliſ mor
bus Q̄d innuitur Jaco. vlti. vbi
dicit̾ ſic. Infirmat̾ q̄s i vobis ⁊c̄.
Sequit̾ Et vngant eū oleo ſctō ⁊
oꝛ̄o fidei ſaluabit infirmū. ſi vn-
ctio exterior (que deſignat interio
rē) ſanat a morbo corꝑali. multo
fortius vnctio ſpiritualis ſanat
ab omni morbo ſpūali. S Cir
ca ſcd̾m vbi tangit̾ vnctionis de-
claratio ꝑ odoris diffuſionē. q̄d
notatur. cū additur. Odore. Sci
endū ꝙ manifeſte apparet ꝙ ani-
me hominū ſunt vncte vnctione
diuine gr̃e quādo per oꝑa diuer-
ſarū virtutū ſpirant exterius bo
num odorem fame ⁊ opinionis.
ꝑ quē trahunt̾ hoīes ad currēdū
poſt xp̄m. a quo eſt vnctio ipa. et
dicūt ei illud Cañ. j. In odore cur
remus vngētoꝝ tuoꝝ. Tūc dico
aīe hominū apparēt ꝑuncte vngē
to gr̃e. Qn̄ ſpirant odorē mirre
ꝑ auſterā macerationē. qn̄ q̄libet
pōt dicere illud Ecc̄i. xxiiij. Quaſi
mirra electa dedi ſuauitatē odo-
ris. Mirra eſt guſtui amariſſi-
ma. ſed eſt olfactui ſuauiſſima.
precipue quādo eſt electa. ſic ⁊ car

nis maceratio ē ſenſualitati ama-
riſſima. ſed eſt ſpūali olfactui ho-
minū: dei etiā ⁊ angeloꝝ ſuauiſſi
ma. Talē odorē ſpirauit iſta ma-
ria magdalena quando lauit la-
chrymis pedes Jeſu ⁊ vngento ꝑ
unxit. Luce. vij. Unde bene appa-
ruit tūc ꝙ ipſa erat ꝑuncta interi-
us mirra cōpunctionis. Quā-
do etiā ſpirāt odorē nardi ꝑ ꝓfū-
dam humiliationē. Quādo que-
libet poteſt dicere illud Cantic. j.
Nardꝰ mea dedit odorē ſuauita-
tis. Nardus eīm vt dicit̄ eſt herba
multū breuis: ſed multū odorife
ra. Et ſignificat verā humilitatē.
que facit hominē breuē ⁊ paruū
in ꝓpria reputatiōe: ſed facit eū co
ram deo multū odoriferū. Odor
eīm hūilitatis beate virginis tātū
fuit ſuauis dei filio ⁊ angelꝭ ꝙ nō
ſolū ipſa traxit ad ſe celeſtē nunci
um: verū etiā ⁊ dei filium: vt īcar-
naretur in ipſa. Talē etiā odorem
ſpirabat iſta Maria magdalena
quādo vngento nardi piſtici hu-
millime ⁊ ꝓſtrata ante pedes Je-
ſu vnxit pedes eius: ſicut dicitur ī
iſto euāgelio. Unde bene appaIru
it tunc ꝙ erat ꝑuncta interius vn
gento ſpiritualis nardi: ad ſeipā
humiliandā ⁊ corā deo paruificā
dam. Quando etiā ſpirāt odo
rem thuris ſeu libani per deuotā
orationē. Thus eīm ſeu libanus
deſignat in ſcripturis orationem
iuxta illud pſ. Dirigatur oratio
mea ſicut incēſum in ꝯſpectu tuo
Thus eīm precipue cū incēditur:
reddit fumū valde odoriferū: q̄
ſuperiora petit. Sic et oratio q̄
exit de corde calido ⁊ charitate in
flammato ſuperiora petit. nec re-
manet quoadusq; ꝑueniat ad na
res dei: quibꝰ eſt multū ſuauis.
Unde ſm Chryſo. ſuper Matth.
Nihil eſt dignius quod offeramꝰ
deo q̄ fidelē orationē. que ſm eū
inter oīes iuſticias thimiamati
cōparatur. Sanctorū enim orati
ones vt dicit̄ in Apocal. ſunt fu-
mus incenſorū. Quādo ergo ſpi-
rant odorē iſtum thuris ſeu liba
ni. ⁊ poteſt dici de qualibet illud
Oſee. xiiij. Odor eiꝰ vt libani: tūc
apparet manifeſte ꝙ eſt peruncta
interius vngento aromatico. ⁊ ꝙ
eſt veſtita interius varijs virtuti-
bus: que omnes debent applica-
ri ad orationē: vt tunc de ipſa di-
catur illud Cant. iiij. Odor veſti-
mentorum eiꝰ ſicut odor thuris.

¶ Quando etiā ſpirāt odo
rem vitis ⁊ agri pleni per virtuo-
ſam operationē: vt quelibet poſ-
ſit dicere illud Eccī. xxiiij. Ego q̄
ſi vitis fructificaui ſuauitatē odo
ris. Et de quolibet poſſet dicere
deus Geneſ. xxvij. Ecce odor filij
mei ſicut odor agri pleni. Uitis
quando floret: multum redolet.
eiuſq; odorē venenoſa animalia
non poſſunt ſuſtinere. vnde a vi-
nea fugantur. Et quando vitis re
dolet: ſignum eſt ꝙ cito fructifi-
care debet. Ager etiam nō redolet
niſi quando eſt plenus fructibus
qui ſtatim colligi poſſunt. Sic
dico ꝙ anima redolet quādo eſt ī
ꝓpoſito fructificandi, id eſt fructꝰ

dignos pnĩe faciẽdi ac exhibendi
alijs opa iuſticie ꝛ pietatis. Sed
tũc redolet ſicut ager plenꝰ: qñ nõ
ſolũ ꝓponit facere ſed etiã quãdo
actu facit talia opa ꝑ que colligit
cumulũ meritoꝝ. Iſti ḡ odoꝛes ꝓ
cedũt ex vngẽtis diuine grẽ q̇buſ
ſanctoꝝ aĩe ꝑunguntᷣ. De quibus
quidẽ vngẽtis dꝛ Can̄. iiij. Odoꝛ
vngentoꝝ tuoꝝ ſuꝑ oĩa aromata
Proch dolor q̃ʒtũ ad multos
hoĩes verificatũ eſt iã illud qđ dꝛ
Eſaie. iij. Erit ꝓ ſuaui odoꝛe fetoꝛ
Multi em̄ ſunt q̇ cũ dederũt ſua
uẽ fame ꝛ opinionis odoꝛẽ: ipĩ fe
toꝛẽ emittũt. Et multi ſunt q̇ tãtũ
fetoꝛẽ emittũt ꝙ odoꝛẽ bonũ ali/
oꝛũ fetidũ reddũt. Sicut dixerũt
filij iſrael Exo. v. Odoꝛẽ noſtꝝ fe/
tere feciſtis. Et multi ſunt q̇ qua/
ſi ꝑ totã vitã ſuã requieſcũt in feci
bus. i. in pctĩs ꝛ criminibꝫ. q̇ q̃ʒtũ
cũqʒ moneantᷣ vel a deo intrinſecꝰ
inſpirãte vel ab hoĩe exteriꝰ predi
cãte ꝛ exhoꝛtãte: nolũt a fecibꝫ ſur
gere. ac ꝑ h̃ odoꝛ ipſoꝝ fetidꝰ nun
q̃ʒ ĩmutatᷣ. Sic̃ hec dicuntᷣ de ob
ſtinato pctõꝛe Hiere. xlviij. Reqe
uit dꝛ in fecibꝫ ſuis ꝛ nõ eſt tranſ
fuſus de vaſe ĩ vas. i. de vaſe iniq
tatis nõ eſt factꝰ vas ſanctitatꝫ Et
in trãſmigrationẽ nõ abijt. i. nolu
it trãſire a vicijs ad ꝟtutes. Et iõ
ꝑmãſit guſtꝰ eiꝰ in eo. Guſtꝰ dico
coꝛruptꝰ cui ſapiũt terrena ꝛ deſi
piunt ſpũalia. Et odoꝛ eiꝰ ſp̄. feti/
dus nõ eſt ĩmutatꝰ. Certe impoſ/
ſibile ẽ ꝙ homo q̇ ſemꝑ manet in
fecibꝫ odoꝛẽ ſuũ fetidũ mutet Cer
te odoꝛ taliũ eſt dõ multũ abomi
bilis: ĩmo etiã ſi tales deo offerãt
ſacrificia. vel faciãt opa de ſe odo
rifera nõ placẽt ei nec ipa acceptat
iuxta illud Amos. v. Odiui ꝛ ꝓie
ci feſtiuitates vr̃as. dicit deꝰ pecca
toꝛibꝫ. ꝛ nõ capiã odoꝛẽ cetuũ ve/
ſtroꝝ. Nõ ſic ſit de nobis chariſſĩ
mi ſʒ ſtudeamꝰ ꝙ talia faciamuſ
opa q̇ ſunt coꝛã deo ꝛ hominibꝫ
redolentia. ipſeqʒ deꝰ acceptet nr̃a
ſacrificia. Quia vt dꝛ Eccĩ. xxxv.
Oblatio iuſti impinguat altare. ꝛ
odoꝛ ſuauitatꝫ eſt in ꝯſpectu altiſ
ſimi. ¶ Circa tertiũ ſciẽdum
ꝙ domꝰ militãtis eccl'ie ſm̃ virtu
tes varias q̇ fuerũt ꝛ ſunt in eiꝰ
filijs dꝛ in ſcriptura aliqñ domꝰ
eburnea ꝓpter caſtitatẽ. Interdũ
domꝰ aurea ꝓpter charitatẽ Inter
dũ domꝰ lapidea ꝓpᷣ ſtabilitatẽ.
Interdũ ẽt domꝰ lignea ꝓpᷣ pau/
pertatẽ. Dicitᷣ dico ꝑmo domꝰ
eburnea ꝓpᷣ caſtitatẽ. Ebur eĩ qđ
eſt os eburneũ ſcʒ elephãtꝫ eſt val
de frigidũ. ꝛ eſt cõmuniter albuʒ.
Et ſignificat caſtitatẽ ꝑ quã refri/
geratᷣ ꝯcupiſcẽtia ꝛ albeſcit. id eſt.
honeſtatᷣ hoĩs exterioꝛ vita. Et cer
te domꝰ iſta ꝓpter ebur caſtitatis
multũ delectat regẽ gl'ie xp̄m. Di/
citᷣ em̄ in pſ̃ de ipa eccl'ia (q̇ q̃ʒuiſ
ſit vna: tñ dꝛ plures ꝓpᷣ multitu/
dinẽ ꝑſonaꝝ ꝑtinentiũ) a domibꝫ
eburneis: ex quibꝫ delectauerunt
te filie regũ in honoꝛe tuo. Eccl'ia
em̄ dicitᷣ domꝰ eburnee in plurali
qꝛ ſunt ĩ ea multe filie regũ. i. viro
rum apoſtolicoꝝ: q̇ multũ ꝓpter
caſtitatẽ delectãt regẽ xp̄m. De q̃
quidẽ eccl'ia ſtatim ſubditᷣ in ſin/

gulari. Aſtitit regina a dextris tu
is ⁊c. Dicit̄ etiā dom⁹ aurea ꝑ-
pter charitatē. Dicit̄ em̄ ꝑ figuraꝫ
de ipſa. iij. Regū. vj. ꝙ nihil erat ī
templo. id eſt in domo dn̄i quod
nō tegeret̄ auro. Dicit̄ etiaꝫ do-
mus lapidea ꝓꝑ ſtabilitatē. Ipſa
enim eſt illa domus de qua dicit
ſaluator Matth. vij. ꝙ eſt edifi-
cata ſupra petrā. Et ido q̄uis de
ſcenderit pluuia. venerint flumia
flauerint venti: ⁊ irruerint in do-
mū illā: nō cecidit. Fundata enim
erat ſupra firmā petrā. Habuit eī
domus eccl'ie tā per tyrannos q̄ꝫ
ꝑ hereticos tēptatões fortiſſimaſ
⁊ tamē quia erat lapidea et ſupra
firmā petrā fundata: non cecidit.
nec vnq̄ꝫ (chriſto qui ipām edifi-
cauit, ꝑ ipſa orante) cadet. Dicitur
etiā domus lignea ꝓpter pauꝑta-
tem ⁊ cōtemptū mūdane ꝓſperita
tis. Figurata em̄ fuit eccl'ia per ar
cham noe: que fuit tota de lignis
⁊ idcirco natauit ſuꝑ aquas dilu
uij. ſicut habet̄ Gen̄. vj. ⁊. vij. Fu-
it etiā figurata ꝑ tabernaculū mo
yſi. de quo habet̄ in Exod. qd to-
tum fuit de lignis vel de pellibuſ
⁊ ſagis. In quib⁹ oīb⁹ figura-
batur pauꝑtas eccl'ie ꝓpter leuit
tem. Eccl'ia eī p̄cipue in principio
ꝑ amorē pauꝑtatis ⁊ cōtemptum
terrenoꝝ: natauit ſuꝑ aquas mū
dane ꝓſperitatiſ. vtpote in apoſto
lis ⁊ in ſanct' primitiuis. Iſta igi
tur dom⁹ ꝓpter iſtas virtutes q̄t-
tuor que fuerūt in ipā ſpecialiter
fuit tota aromatica. ⁊ figurata ꝑ
illā domū aromatū. de qua habe
tur. iiij. Regū. xx. Sed ecōtra ec-
cleſia malignantiū. que nō ꝓpe
dr nec eſt eccl'ia: ſed eſt ſathane ſy-
nagoga. nō eſt dom⁹ eburnea ꝑ
caſtitatē: ſed eſt dom⁹ lutea per lu
bricitatē. Nō eſt dom⁹ aurea per
charitatē: ſed dom⁹ ferrea ꝑ crude
litatē ⁊ maliciaꝫ. Nec eſt lignea ꝑ
pauꝑtatē: ſꝫ plūbea ꝑ cupiditatē ⁊
auariciā. Nec eſt lapidea ꝑ firmi-
tatē. ſed terrea ꝓpter inſtabilitatē.
Et idcirco nō ē dom⁹ aromatica.
ſed dom⁹ fetētiſſima. Nō eſt reple
ta diuinis munerib⁹ ſꝫ draconib⁹
ſicut ꝑ figurā dr Eſa. xiij. Sꝫ do-
mus eccl'ie ꝓpter v̄tutes filioꝝ ſu
orū q̄ dicte ſunt eſt impleta gl'ia ⁊
diuitijs ſpūalibus. iuxta illd ps̄.
Gl'ia ⁊ diuitie ī domo eius. i. xp̄i.
Et tāta eſt plenitudo hui⁹ dom⁹
ꝙ de ipſi⁹ plenitudine nos oēs
accipim⁹. iuxta illud ps̄. qd dici-
mus xp̄o. Replebimur in bonis
dom⁹ tue. Sic igit̄ chariſſimi ſer
uem⁹ interi⁹ diuinā vnctionē. ſpi
rem⁹ exteri⁹ ꝑ bonā famā v̄tutuꝫ
odore vt ſemꝑ ſic oſtendam⁹ noſ
diligere dom⁹ dei decorē. vt poſ-
ſit quilibet noſtruꝫ dicere deo illd
ps̄. Domine dilexi decorē domuſ
tue: Et vt tandē ꝑ iſtam domū q̄
domus dei eſt ⁊ porta celi ſicut ꝑ
figurā dicit̄ Gen̄. xxviij. veniam⁹
ad domū glorie eterne cuius ipa
eſt porta. Quod nobis concedat
ipſe deus domin⁹ Jeſus chriſtuſ
qui viuit ⁊ regnat in ſecula ſeculo
rum Amen.

Feria tertia Sermo

# Feria tertia poſt do. i ramiſ.

Vigilate et
v orate vt nō intretis in tē-
ptationē. Marci.xiiij.
x Paſſionem ſaluatoris nr̄i
quā in lectiōe ſeu epl'a que hodie
legit̄ ꝛ ſcribit̄ Hiere.xj. ꝛ icipit. Di-
xit Hieremias. dn̄e demonſtraſti
mihi ꝛ cognoui ꝛc̄. p̄nūciauit hie-
remias ꝓphetice futurā. Et q̄ꝫtuꝫ
ad iſtā paſſionē ſub iſtis v̄bis in
ꝑſona xp̄i ꝓlatis. Ego q̄ſi agnus
māſuetus q̇ portat̄ ad victimam
ꝛc̄. Et ſub alijs dictis in ꝑſona iu-
deoꝝ. Venite mittamus lignū ī
panē eius ꝛc̄. Et q̄ꝫtū etiā ad vlti-
onē ꝯſecutā de iudeis ꝓpter ip̄am
paſſionē: dicēre xp̄o deo patri ſuo
Videā vltionē tuā ex eis. Eandeꝫ
paſſionē iſta eadē die recitat eccl̄ia
nō tanq̄ꝫ futurā ſed tāq̄ꝫ exhibitā.
Et hoc in lectione beati Marci q̄
ſcribit̄ Marci.xiiij. ꝛ incipit. Erat
paſca ꝛ azima poſt biduū. Hodi-
erna eīm die dixit ieſus diſcipulis
ſuis Matth.xxvj. Scitis q꞉ poſt
biduū paſca fiet. De q̊ etiā Mar-
cus dicit. Erat paſca ꝛ azima poſt
biduū. Paſca eīm iudeoꝝ erat fu-
turū feria q̇nta ſequēti Et q꞉ tunc
dixit xp̄s ſicut habet̄ in locis p̄di-
ctiſ. Et quia fili⁹ homīs tradetur
vt crucifigatur. idcirco forſan ho-
die paſſio dn̄i recitat̄. Eſt autē
ſciendū ꝙ xp̄s ꝑ paſſionē ſuā nō
ſolū fuit auctor ſalutis: verūetiaꝫ
fuit doctor ꝛ exēplar virtutis. In-
ter cetera aūt que xp̄s crucē patiēſ
vel ꝓpinqu⁹ paſſioni crucis: facto
ꝛ verbo docuit: fuerūt tria que in

verbis ꝓpoſitis cōtinētur. Quo-
rū primū eſt vigilātia circūſpecti-
onis. Ipſe eīm ꝑ totā noctē imme-
diate p̄cedētē ſuā paſſionē corpo-
raliter vigilauit: docens nos qui
ſum⁹ omī die ꝓpinqui morti: exē-
plo ſui ac etiā verbo ſp̄ūaliter vi-
gilare: vigilate dixit apoſtolis. Et
dicēdo ip̄is dixit omībꝫ nobis iu-
xta illud Mar.xiij. Nō vni dico:
omībꝫ dico: vigilate. Secūdū
fuit inſtātia orōnis Ipſe eīm eadē
nocte ꝓpinqua ſue morti intātum
efficaciter ꝛ ꝓlixe orauit ꝙ factus
in agonia: ſudorē ſanguineuꝫ de
ſuo corꝑe in terrā emiſit: ſicut ha-
betur Luc.xxij. nos omī die ꝓpin-
quos morti ꝑ hoc erudiēs ꝛ facto
ſuo ac verbo: humiliter ꝛ inſtāter
orare. Orate dixit apoſtolis. et di-
cendo ip̄is: dixit omnibꝫ nobis.
Propt̄ quod dicit apl'us nobis
j. ad Theſ.v. Gaudete ſemꝑ: ſine
intermiſſione orate. ꝩ Terti-
um fuit victoria tēptatiōis. Cre-
dimus eīm (licꝫ nō exprimat̄ ī euā-
gelijs) ꝙ diabol⁹ in nocte illa ꝛ in
hora ſue mortis tēptauit Jeſum
xp̄m. ip̄mqꝫ adhuc eſtimans eſſe
purū hominē. Vn̄ dicit quedam
gloſa ſuꝑ libro Thobie ꝙ xp̄o in
cruce patiēte diabol⁹ ſtabat ſuper
brachio crucis xp̄i: animā tāq̄ꝫ ſu-
am expectans. Sed in omībꝫ ſu-
is tēptationibꝫ xp̄s ip̄m glorioſiſ-
ſime vicit. ꝑ hoc nos inſtruēs ꝙ
quia ſumus ꝓpinqui morti. in cu-
ius hora temptatio demonū ꝯtra
hominē fortius inualeſcit. vinca-
mus tēptatoreꝫ. Unde dixit apo-

ſtolis ⁊ dicēdo ipſis dixit omībꝫ
nobis. vt nō intretis in temptati-
onem. hoc eſt dictū. vincite tēpta-
tionem ⁊ taliter vos habete vt tē-
ptatio vos nō vincat. Dicit enim
Beda ſuꝑ iſto verbo ꝙ non dixit
xp̄s. vigilate ⁊ orate ne temptemī.
quia impoſſibile eſt (vt dicit) ho-
minē nō tēptari. ſed dixit vt nō in
tretis in tēptationē. id eſt vt tēpta-
tio vos nō ſuperet. Certe quia to
ta vita noſtra eſt temptatio. iuxta
illud Job. vij. Scd̄m aliā litteraꝫ
Temptatio eſt vita hoīs ſuꝑ ter-
ram. idcirco debemꝰ ſemꝑ vigila-
re ſpiritualiter ⁊ orare efficaciter.
vt a temptatiōe nō ſuꝑemur Et h̄
q̄ꝫ maxime. quia etiā viuentes ſu-
mus ꝓpinqui morti: cuiꝰ horam
nō poſſumus ꝑ̄uidere. Scd̄ꝫ eīm
Grego. in quadā omel. Horā vl
timā. id eſt horā mortis vel extre-
mi iudicij ideo voluit deus eē ab
ſcōditā vt ſemꝑ haberet̄ ſuſpecta.
vt quia ip̄am ꝑ̄uidere non poſſu
mus: ad ip̄am ſine intermiſſione
ꝑ̄paremur. Dixit ḡ ſaluator. Vigi
late ⁊ orate ⁊c̄. ❡ In quibus
quidē verbis tria nobis euidēter
oſtendit. ſ. Modū precauēdi la
pſum iniquitatis. Modū etiaꝫ
ꝓmerendi donū charitat̄ Mo
dumqꝫ aſſequēdi ſtatū tranquil-
litatis. Vitatur eīm culpa per dili
gentiam circūſpectionis. Idcirco
dicit ſaluator Vigilate. Certe vi-
gilare oportet ſpiritualiter vt vitē
tur peccata. quibus veſtimēta ho
minis. id eſt corpus ⁊ anima la-
cerātur. Unde ait apoſtolꝰ Apoc̄.
xvj. Ecce venio cito ſicut fur. Bea
tus qui vigilat ⁊ cuſtodit veſtimē
ta ſua ne nudus ambulet. ⁊ vide
ant. ſup̄. deus ⁊ angeli turpitudi
nem eius. Vigilandū ergo eſt vt
veſtimenta iſta ſeruētur integra;
ne ꝑ vicia ꝑmittātur lacerari. Im
petratur autē gratia per inſtanti-
am orationis. idcirco dicit ſalua-
tor. Et orate. Nihil enim dignius
poſſumus offerre deo ſ͛m Chry-
ſoſtomū ſuꝑ Matth. pro impe-
trando dono gratie q̄ꝫ fidelē ora-
tionem Eccl̄i. enim. xxxv. dicitur ꝙ
oratio humiliantis ſe nubes pe-
netrabit: ⁊ donec ꝓpinquet nō cō-
ſolabitur. ⁊ non diſcedet donec al
tiſſimus aſpiciat. Aſpiciat dico ꝑ
effectum gratiā largiēdo. De apo
ſtolis etiā dicit̄ Actuū. ij. ꝙ quan
do acceperunt ſpiritūſanctū: fue-
runt perſeuerātes vnanimiter in
oratione. Tranquillat̄ autē cōſci
entia per victoriā temptatiōis. Id
circo dicit ſaluator: vt non intret̄
in temptationē. id eſt. vt tempta-
tio vos nō ſuperet: ſed vos ꝺ ip̄a
potius triumphetis. Conſcientia
enim illius hominis queꝫ vincit
temptatio carnis mundi vel dia-
boli: non eſt tranquilla: ſed tota
turbulenta. quia non eſt viua ſed
morti eterne ꝓpinqua Unde dixit
Petrus illi ananie. ſicut habetur
Actuū. v. Cur tēptauit ſathanas
cor tuū mētiri te ſpirituiſcō ⁊ frau
dare ꝺ ꝑ̄cio agri. q. d. Cur tēptatio
ſathane ſuꝑauit vos vt mētiremi
ni ſpūiſctō: ⁊ fraudaretis de pre-
cio agri. Certe dignus es morte.

Uñ vt ſtatim ſubdiꝛ ibidē. mor-
tuꝰ fuit.ſp̄.corꝑaliter. ꝑ qđ nobiſ
innuiꝛ ꝙ illi ſūt digni morte eter
na qui ſuꝑanꝛ a temptatōe cuiuſ-
libet hoſtis. Diċ igiꝛ ſaluator. Ui
gilate ⁊ orate ⁊c̄. A Circa pri
mū ſciendū ꝙ nos debemꝰ vigi-
lare ad q̄ttuor.ſ. Ad cautā ꝓuiſi-
onem. Ad firmā expectationem.
Ad deuotā oratione̅ Et ad fru
ctuoſam p̄dicatione̅ Debemus
dico vigilare primo ad cautā ꝓui
ſione̅. Multi em̄ hoſtes inſidiāꝛ
nob̄ p̄cipue diabolꝰ.idcirco opor
tet nos vigilare ne ſuperemur ab
ipis. Si em̄ inueniāt nos pigroſ
ſegnes ac negligētes vel ꝑ negligē
tiā dormiētes:ſtatim deuorabūt
nos.ſicut dr.j. Pet.v.de diabolo
q̇ eſt grauior inter hoſtes q̄s ha-
bemus. Dicit em̄ ſic apl'us. So-
brij eſtote ⁊ vigilate qr aduerſariꝰ
veſter diabolꝰ circuīt querēs que̅
deuoret:cui reſiſtite fortes in fide
Et ſignāter p̄mittit.ſobrij eſtote ⁊
vigilate.qr q̇ nō eſt ſobriꝰ in cibo
⁊ in potu:nō pōt vigilare corꝑali
ter.⁊ certe minꝰ ſpūaliter. Ergo vi
gilate vt poſſitis ꝓuidere ꝑiculaꝛ
inſidias hoſtiū ne ſuꝑemi ab eis
Signāter etiā ſubdiꝛ. Cui reſiſti
te fortes in fide qr q̄ztūcūqꝫ ſobrij
⁊ vigiles eſſemꝰ nō poſſemꝰ dia-
bolo reſiſtere.nec eiꝰ tēptatōes vi
cere niſi eſſemꝰ fortes in fide. Nō
em̄ fides eſt ſolū victoria q̄ vincit
mundū.vt diciꝛ.j. Joh̄.v.ſꝫ etiaꝫ
eſt victoria q̄ vincit carne̅ ⁊ diabo
lum Scđo debemꝰ vigilare ad
firmā expectatione̅. Expectamus
em̄ ſpōſum xp̄m redeuntem a nu
ptijs ꝑadiſi ad iudicādū mundū
Expectamꝰ etiā eum vt veniat ad
vocandū nos de morte.⁊ educen
dum aīas nr̄as de corꝑibꝫ.ꝓpter
qđ vigilare debemꝰ ne nos inue-
niat in pc̄tis dormiētes. Uñ dicit
ip̄e nob̄ Mar.xiij. Uidete vigila
te ⁊ orate ⁊c̄. Sequiꝛ. Uigilate ḡ.
Neſcitis eī qñ dñs veniet. ſeu an
media nocte an gallicātu. an ma
ne.ne cū venerit repente: inueniat
vos dormiētes Reuera neceſſari
um eſt nob̄ vigilare.qr neſcimns
qñ dñs veniet vocās nos ad iu-
